† CUPRUM OXYDATUM, Oxydum Cupri seu cupricum, Calx Cupri. Kupferoxyd. *Oxyde de Cuivre.* — Obtinetur decomponendo Cuprum nitricum calore. Calefit Sal in patera ampla vel crucibulo, denique ad incandescentiam usque, sub perpetua agitatione et saepius residuum triturando, donec vapores rutilantes evolvi cessaverint. — Pulvis fusco-nigrescens, insipidus, ponderosus, insolubilis in aqua, solubilis in acidis, solutionem coeruleam vel viridem exhibens, solubilis etiam in spiritu salis ammoniaci, solutionem azuream praebens. (De ceteris proprietatibus v. Cuprum I. 56.) — Constat ex Cupri et Oxygenii aequalibus Pond. Mixt. — *Vis:* emetica, exsiccans, mundificans. — Ad paranda alia Cupri praeparata, uti et in analysi principiorum organicorum, inservit; Aeris usti loco (p. 28.) adhiberi mereatur, quia purius.

† CUPRUM PHOSPHORICUM, Phosphas Cupri seu cupricus. Phosphorsaures Kupferoxyd. *Phosphate de Cuivre.* — Simili modo atque Cuprum carbonicum, praecipitando Solutionem Vitrioli coerulei Sodae phosphoratae ope et lavando praecipitatum, obtinetur. — Pulvis pallide coerulescens, insipidus et insolubilis in aqua, facilis solutu, et quidem sine effervescentia, in acidis fortioribus. — Constat ex Cupri oxydati 3, Acidi Phosphori 1 et Aquae 3 Pond. Mixt. (De ceteris proprietatibus v. in Cupro carbonico.) — *Vis:* Cupri carbonici similis; sal hoc praecipue mite habetur. — Pari modo adhibetur.

CUPRUM SULPHURICO-AMMONIATUM v. Cuprum ammoniacale.

CUPRUM SULPHURICUM seu vitriolatum v. Vitriolum coeruleum (I. 353.).

CUPRUM USTUM v. Aes (p. 28.).

CUSCO-CINCHONIUM, Aricium seu Aricinum. Cusco-Cinchonin, Aricin. *Cusco-Cinchonine* ou *Aricine.* — Paratur ex China Cusco seu Cortice Aricensi (I. 35.) pari modo, ac Cinchonium, quocum etiam, quoad proprietates, congruit. Distinguitur autem sapore amariore, simul calefaciente, subadstringente. Pariter fere insolubile in aqua, facilius autem solutu in spiritu vini, solvitur etiam in naphtha vitrioli. — Constat ex Carbonei 20, Hydrogenii 24, Oxygenii 3 et Azoti 2 Pond. Mixt. — Calore destruitur, acidi nitri ope colore obscure viridi imbuitur. Cum acidis salia format Cinchonii salibus passim similia, sapore peramaro. Solutio concentrata aquosa Cusco-Cinchonii sulphurici autem refrigescens gelatinae instar coalescat. — *Vis:* tonica ? febrifuga ? — Principium hoc peculiare organicum medicorum attentione dignum videtur.

CUSPARINUM, ANGUSTURINUM, GALIPEINUM. Kusparin, Angusturin. *Cusparine, Angusturine.* — Ex Cortice Angusturae vera (I. 43.) tractando Spiritu Vini alcoholisato temperatura ordinaria, abstrahendo spiritum ex tinctura clara et exponendo residuum aëri frigido, donec in crystallos coalescat; exprimendo magma crystallinum inter chartam bibulam, solvendo Cusparinum impurum iterate in Alcohole Vini, tractando solutionem Plumbo oxydato et Cusparinum evaporatione remanens Naphtha Vitrioli obtinetur. — Crystallos exhibet tenuissimas, aciculares, concentrice aggregatas, sapore peramaro, simul acri-aromatico; non facile est solutu in aqua, facile in spiritu vini, in aethere non ita; solutiones neutrae sunt et solutio aquosa ad reagentia sese indifferens habet, excepta tinctura gallarum, quae solutionem valde praecipitat et hydrargyro nitrico oxydato acido, unde colore rubro imbuitur. Acida Cusparinum quidem plerumque facile solvunt, salia autem cum illo non formant. Calore destruitur. — *Part. const.:* (?) — *Vis:* tonica, febrifuga. — Principium hoc magis investigandum pariter medicorum attentione dignum.

CYANETUM seu CYANURETUM v. quaeque nomina Basium vel nomina usitatiora.

† CYANOGENIUM IODATUM. Jodcyan. *Iodure de Cyanogène.* — Obtinetur sublimando miscellam ex Mercurii cyanati Part. duabus et Iodi Parte una cum pauxillo Aquae in vase clauso lenissimo calore. — Aciculas exhibet tenuissimas, levissimas, albas, odore penetrantissimo, lacrymas eliciente, et sapore perpungente, irritante; colores organicos destruit. — Constat ex Iodi et Cyani aequalibus Pond. Mixt. — *Vis: maxime irritans, incitans, toxica, in exigua dosi facile lethalis.* — Pro medicamento proponitur, sed non nisi summa cum circumspectione adhiberi licet.

CYCLAMINUM seu ARTHANITINUM. — Obtinetur tractando Radicem Cyclaminis recentem Spiritu Vini rectificatissimo, temperatura ordinaria, abstrahendo Spiritum lenissimo calore, lavando residuum aqua et aethere, solvendo in Alcohole Vini et tractando solutionem Carbone animali depurato; ex solutione filtrata Cyclaminum evaporatione spontanea in crystallos coalescit tenuissimas, aciculares, albas, inodoras, sapore acerrimo-urente, caustico; difficile solutu in aqua, facile in spiritu vini, in aethere non ita; solutiones neutrae sunt. Calore facile destruitur, temperatura 80° R. jam alteratur. — *Vis:* vomitiva, purgans, facile nociva. — Cyclaminum medicorum attentione non minus dignum esse videtur.

CYTISINUM. Cytiſin. *Cytisine.* — Principium medicatum vomitivum et purgans Cytisi Laburni L. (I. 77.), quod praecipue ex Leguminibus et Seminibus obtinetur, hucusque nondum in statu puro recognitum. Ceterum quod magis examinetur pariter dignum.

DAHLINUM v. Inulinum.

DALBY's CARMINATIVE v. Mixtura.

DAMAJAVAY v. Extractum Castaneae.

† DATURIUM seu DATURINUM, Stramoniinum. Daturin, Stramoniin. *Daturine, Stramoniine.* — Ex Seminibus Stramonii (I. 332.) simili modo atque Atropium ex Radice (p. 102.) (vel Colchicium ex Seminibus) paratur. Daturium impurum praecipitatione Cinerum clavellatorum obtentum, pressione inter chartam

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0235-7
DFG

bibulam, iterate quoties opus renovandum est, ab oleo pingui liberandum, in Spiritu Vini absoluto solvendum, Spiritus ex solutione filtrata abstrahendus, Daturium in Spiritu Vitrioli, Aqua diluto, dissolvendum, solutio, addita aequali portione Spiritus Vini rectificatissimi, Carbone Lixivii Sanguinis tractanda ad plenam decolorationem usque, Spiritus evaporando lenissimo calore dissipandus, Daturium denuo ex solutione aquosa Cinerum clavellatorum ope praecipitandum, pressione, ut supra, depurandum, denuo in Spiritu Vini absoluto solvendum, solutioni filtratae humidae sensim Aqua admiscenda, dum lactescat, et in patera aperta lenissimo calore evaporanda. — Prismata exhibet insignia, acicularia, alba, sericea, fasciculatim aggregata, inodora (impurum autem Daturium nidores nauseoso-narcoticos spargit); *sapore primum amariusculo, deinde peracri tabacino*, alcalium modo reagit; aëre temperatura ordinaria immutabile, leni calore liquefit, calore auctiore partim avolat, partim destruitur, alcalium fixorum ope pariter facillime uti Atropium (p. 103.) decomponitur et Ammoniacum evolvitur. Alcali organicum (Kaliodes) sui generis. — *Part. const.:* Atropii similes, nondum exacte definitae sunt. — Non facile solutu in aqua, temperatura ordinaria circiter ducentas octoginta, in puncto ebullitionis septuaginta duas partes requirit, facillimum autem solutu in spiritu vini; solvitur etiam in aethere. In comburendo et ad acida uti Atropium sese habet. Salia Daturii sapore baseos, pariter plerumque crystallisabilia et facilia solutu in aqua et spiritu vini, solutiones aquosae (uti et Daturii solutiones) ad reagentia uti Atropii sese habent. — *Vis:* Daturii (et salium Daturii) summe narcotica, facile lethalis; Atropii similis, pariter et externe vel vestigia, oculo applicata, pupillae dilatationem, diu durantem, efficiunt. — *Usus:* Uti Atropii. Non minus medicorum attentione dignum, sed pariter cautissime adhibendum.

**DECOCTA** (Apozemata). **Abkochungen, Abſude, Decocte.** *Decoctions.* — Novissimis temporibus aptissime in balneo Mariae parantur, immergendo vas (pyxidem infusoriam) in ahenum, Aquam semper ebullientem continens, operculo, foraminibus aptis praedito, clausum (Apparatus Beindorfianus praecipue commendandus). Superaffunditur substantia praescripta rei convenienter comminuta Aquae quantitate purae ad colaturam praescripta et tanto plus, quantum absorbetur et, vase operculo clauso, calida redditur in Aqua bulliente, saepius agitando per semihoram usque ad horam, secundum naturam ingredientium, tunc exprimitur calide, quem in finem, prelum pro Decoctis Beindorfianum summopere commendandum. — Aquae quantitas optime semper a medico praescribenda. Substantiae vegetabilium fibrosae in universum ad minimum sex Aquae Partes, et si valde intumescunt, octo, decem et plus ad plenam extractionem requirunt. Decocta non nisi desiderante medico recenter paranda, quia plerumque mox corrumpuntur.

**DECOCTO-INFUSA. Abſud-Aufgüſſe.** *Decocto-Infusions.* — Pari modo parantur, atque Decocta, primum substantias difficiles extractu cum Quantitate praescripta Aquae in balneo Mariae per semihoram usque ad horam integram calefaciendo, postremo alias faciliores extractu addendo, et quinque ad decem sexagesimas calori balnei Mariae in vase clauso exponendo. — Hucusque materiae difficiles extractu coquuntur per tempus plus minus longum pro re nata, postremo adduntur materiae faciliores extractu et partibus volatilibus praeditae et digeruntur simul vase clauso brevi tempore. — Sic parantur e. g.

DECOCTO-INFUSUM ALTHAEAE CUM SENEGA Marci — coquendo R. Althaeae Unc. semis cum Aquae Unc. duodecim ad Unc. octo, sub finem addendo R. Senegae Drachm. unam, digerendo per $\frac{1}{4}$ horae et addendo colaturae Syr. Althaeae Unc. unam.

DECOCTO-INFUSUM CHINAE CUM ANGELICA et CAMPHORA Brückneri — coquendo Chinae opt. Unc. semis cum Aq. Unc. sedecim ad colat. Unc. octo, infundendo in haec Rad. Angelicae Drachm. duas et admiscendo colaturae Camphorae Scrup. semis, Mucilag. Gumm. Arab. Unc. semis subactae, et Syr. emulsivi Unc. unam.

DECOCTO-INFUSUM CHINAE CUM ARNICA Brückneri — fit coquendo Chinae opt. Unc. semis cum Aquae Unc. viginti quatuor ad Unc. octo, digerendo in colat. Flor. Arnicae Drachm. tres per $\frac{1}{2}$ horam et addendo colaturae Laud. liq. Sydenh. Drachm. semis, Tinct. Valer. Lentini Drachm. unam et Syr. Cort. Aurant. Unc. unam.

DECOCTO-INFUSUM CHINAE CUM CINNAMOMO Brückneri — fit coquendo Chinae opt. Drachm. sex cum Aq. Unc. viginti quatuor ad Unc. novem colat. in qua digerendae Cinnamomi Drachm. duae; colat. admisceantur Syr. Cinnamomi Drachm. sex.

DECOCTO-INFUSUM CHINAE CUM SERPENTARIA Ebermaier.

Rec. Cort. Peruv. Unc. unam. Coque cum Aq. font. Unc. sedecim ad remanent. Unc. octo, tunc recipiatur Rad. Serpent. Virg. Unc. semis et infundatur cum colatura adhuc fervente, post refrigerationem cola et adde Liq. anod. Hoffm. Drachm. duas, Syr. Chamom. Unc. unam. — Brücknerus Chinae Unc semis cum Aq. Unc. sedecim ad sex coqui, in colat. Rad. Serpent. Drachm. duas digeri et colat. refrig. admisceri praescribit, Tinct. Serp. Virg. aeth. Drachm. unam et Syr. Cort. Aur. Unc. semis. — Melius fiat uti subsequens.

DECOCTO-INFUSUM CHINAE CUM SERPENTARIA ET VALERIANA Ebermaier.

Rec. Cort. Chin. Unc. unam. Coque cum

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0236-3
DFG

Aq. font. Unc. sedecim; sub finem coctionis adde Rad. Serpent. Virg., Valerian. āā Drachm. duas; colaturae Unc. octo adde Spir. sulphurico-aeth. Drachm. duas, Syr. Cort. Aurant. Unc. unam.

**DECOCTO-INFUSUM CHINAE CUM VALERIANA.** — Fit exponendo Chinae gris. Unc. unam cum Aquae Unc. decem calori balnei Mariae per horam unam, addendo postea Rad. Valerian. Unc. semis, digerendo insuper per decem sexagesimas vase clauso et colando.

**DECOCTO-INFUSUM GENTIANAE CUM VALERIANA** Brückneri.

Rec. Rad. Gentian. Unc. unam. Conc. coquatur cum Aq. fluviat. Unc. sedecim leni igne in vase clauso ad remanent. Unc. octo. Sub finem coctionis addantur Rad. Valer. min. Drachm. duae. Digerantur in vase bene tecto per horae quadrantem; colaturae expr. admisceantur Liq. anod. min. Hoffm. Drachm. una, Elix. Cort. Aurant. comp. Unc. semis.

**DECOCTO-INFUSUM LIGNI CAMPECHIANI ET CORTICIS SALICIS** Brückneri.

Rec. Rasur. Ligni Campech. Unc. unam. Coq. cum Aq. fluv. Unc. quadraginta leni igne ad remanentiam Unc. decem. Cum colatura expr. adhuc fervente infundantur Cort. Cass. cinnamom. Drachm. duae. Digerantur leni calore in vase bene clauso per horam semis. Colat. expr. admisceantur Tinct. Opii Eccardi Drachm. una, Essent. Cinnam., Syr. Cinnam. āā Drachm. sex. — Alia formula: Rec. Cort. Salic. Laureae, Rad. Gentian. āā Unc. semis. Conc. coq. cum Aq. fluv. Unc. viginti leni igne ad remanentiam Unc. octo. Cum colatura expr. adhuc fervente infundantur Rad. Calam. aromat. Drachm. tres. Digerantur leni calore in vase clauso per horam semis. Colaturae expr. adde Essent. Calam. arom. Unc. semis, Mell. dep. Drachm. sex.

**DECOCTO-INFUSUM QUASSIAE** Brückneri.

Rec. Cort. Quass. Unc. semis. Cont. coquatur cum Aq. fluviat. Unc. duodecim leni igne in vase tecto ad remanent. Unc. sex. Cum colatura expressa adhuc fervente infundantur Cort Cinnam. cont. Drachm. una. Digerantur leni calore in vase bene clauso per horam semis. Colaturae expressae admisceatur Syr. Cort. Aurant. Unc. una. — Alia formula: Rec. Rasur. Ligni Quassiae Unc. unam. Coquatur cum Aquae fluviat. Unc. viginti leni igne in vase tecto ad remanentiam Unc. sex. Cum colatura expressa adhuc fervente infundantur Cort. Aurant. Curass. conc. Drachm. duae; digerantur leni calore in vase bene clauso per horam dimidiam. Colaturae expressae admisceantur Essent. Cort. Aurant. comp. Drachm. duae. M.

**DECOCTO-INFUSUM TRIFOLII FIBRINI CUM RHEO** Brückneri.

Rec. Hb. Trifol. fibr. Unc. semis. Conc. coquatur cum Aq fluviat. q. s. leni igne per horam semis. Cum colatura expr. et fervente Unc. quatuor infundantur Rad. Rhei opt. conc. Drachm. una, Flav. Cort. Aurant. conc. Drachm. semis. Digerantur leni calore in vase bene tecto per horam semis. Colaturae expressae admisceatur Liq. anod min. Hoffm. Drachm. semis.

Alia DECOCTO-INFUSA convenienter rei simili modo ac Decocto-Infusum Chinae cum Valeriana parantur. (V. etiam Decoctum, Infuso-Decoctum, Mixtura, Potio, Ptisana cet.)

**DECOCTUM ACIDUM.** Saurer Abſud oder Abkochung. *Decoction acide* Formul. de Paris.

Rec. Hb. rec. Acetosellae et Acetosae āā Man. tres, Bacc. Berber. Man. unum. Coq. in Aq. Libr. decem ad octo, cola cum forti expressione, et clarifica colaturam.

**DECOCTUM ADSTRINGENS.** Adſtringirendes Decoct oder Abſud. *Decoction adstringente.*

Rec. Cort. Granat. et Rad. Torment. āā Drachm. unam, Aq. Libr. unam semis. Coque ad remanent. Libr. unius; sub finem adde Cortic. Simarub. Drachm. unam. Colaturae adde Syr. Opii Unc. unam. — Lewis Rad. Torment. Unc. unam, Cort. Granat. et Hb. Plantag. āā Unc. semis cum Aquae Octar. tribus ad duos coqui et sub finem addi praescribit Cinnam. Drachm. duas, et colaturae Syr. Rosar. sicc. Unc. semis. — Van Mons Cort. Quercus, Granat. et Rad. Torment. āā Part. unam cum Aquae Part. nonaginta octo in balneo Mariae calidas reddi et sub finem Cinnam. Part. unam addi praescribit, et post refrigerationem colari. — Ferrarini et Swediaur inepte simul dimidiam Lactis Partem sumi proponunt. — Ph. Sardoa Rad. Torment., Cort. Chinae, Granat. et Flor. Balaust. āā Unc. semis cum s. q. Aquae ad colat. Libr. duarum coqui praescribit.

**DECOCTUM ADSTRINGENS** Mynsichti.

Rec. Rad. Torment., Serpentar. āā Unc. unam, Cydon. exsicc. Drachm. sex, Sem. Lapath. acuti, Antherar. Rosar. āā Drachm. duas, Hb. Urtic. mort. cum Florib. rubr. Drachm. unam semis, Nuc. Moschat., Cinnam. acuti, Rad. Galang. min., Caryoph. arom. āā Drachm. unam, Sebest. Nro. sex. Coque l. a. cum Aq. Plantag. Libr. tribus ad tertias, in colat. solve Camph. Drachm. unam et ad libitum cum Myva Cydoniorum edulcora.

**DECOCTUM ADSTRINGENS** Richard.

Rec. Succi Catech., Rad. Consolid. maj. conc. āā Drachm. duas. Coque Aq. font. Unc. duodecim ad remanent. Unc. trium. Colatis adde Syr. Cydon. Unc. duas.

**DECOCTUM ALBUM** Sydenhami, **Decoctum Cornu Cervi gummosum seu Micae Panis, Ptisana alba sec.** Spielmannum. Sydenham's weißes Decoct. *Decoction blanche de Sydenham* ou *de Mie de Pain, Ptisane blanche.*

Rec. Rasurae Cornu Cervi, Micae Panis Tritici albissimi āā Unc. semis. Coquantur ex Aq. fontan. Unc. triginta sex ad residuas Unc. quatuor et viginti. Colatura dissolvuntur Gummi Arab. Drachm. una semis, Sacch. Drachm. duae. — Disp. Brunsvic.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0237-8
DFG

formula cum hac congruit, — Ph. Hassiae El. pariter, nisi quod Unc. semis Sacchari praescribit. — Ph. Slesvico-Holsatica Sacchari Unc. semis et Gummi Arabici Drachm. duas praescribit, ceterum ut supra.— Ph. Hannoverana et Saxonica Saccharum omittunt et Gummi Arab. Drachm. duas praescribunt, ceterum etiam cum data formula congruunt. — Disp. Fuldense Cornu Cervi rasp. Drachm. sex et Gummi Arab. Drachm. duas cum Aquae Libr. tribus ad duas coqui et colaturam pro lubitu edulcorari praescribit. — Ph. Ferrariensis Corn. Cervi rasp. Unc. unam, Gumm. Arab. Unc. unam semis, Micae Panis Unc. semis et Sacchari Drachm. duas in Aquae Libr. tribus ad duas coqui, tunc colari praescribit. — Taddei praeterea Aq. Naphae addit.— Ph. Sardoa Cornu Cervi rasp. Unc. duas, Micae Panis albi Unc. quatuor in Aquae Libr. sex ad remanent. Libr. quatuor coqui et absque expressione colari praescribit, Saccharum autem et Gummi Arabic. omittit. — Formul. pharmaceutique Micae Panis Unc. duas, Corn. Cervi rasp. Drachm. duas, Aquae Libr. quatuor ad Libr. duarum remanent. coqui et Syr. Alth. Unc. unam addi praescribit.— Pharm. d'Anvers et Belgica Rasur. Cornu Cervi, Micae Panis tritic. albiss. āā Unc. duas, in Aq. font. Libr. tribus coqui, tunc addi praescribit Sacch. albi Unc. unam semis. — Marcus Sacch. albi Drachm. sex et Syr. Rubi idaei Unc. duas addi proponit, ceterum cum hac formula congruit. — Ratier cet. Rasur. Cornu Cervi Unc. semis, Micae Panis Unc. unam cum Aquae Libr. tribus, ad colat. Libr. duas coqui, tunc addi praescribit Syr. Cydonior. Unc. duas. — Klein Corn. Cervi rasp., Micae Panis alb. āā Unc. tres ex Aq. Libr. quinque ad Libr. tres coqui et Syr. Succi Citri q. s. addi praescribit. — Swediaur Cornu Cervi rasp. Unc. unam, Gumm. Arab Drachm. duas cum Aquae Libr. tribus ad tertiae Partis consumt. coqui, et, si necesse, Spir. Cinnamomi Unc. unam vel Nitri Drachm. unam ad duas addi praescribit. — Trommsdorff Cornu Cervi Drachm. sex in Aq. Unc. triginta sex ad Unc. viginti quatuor coqui et in colat. solvi praescribit Gummi Arabici Drachm. duas.

Sydenham ad hoc Decoctum primum Cornu Cervi ustum sumi, et quidem Cornu Cervi calcinati et Micae Panis albiss. āā Unc. duas cum Aquae Libr. quatuor ad colat. Libr. duarum coqui et cum s. q. Sacch. albi edulcorari praescribit. — Pharm. Batav. Cornu Cervi et Micae Panis āā Drachm. duas praescribit, ceterum cum hac formula congruit. — Bate Corn. Cervi ppti Unc. duas cum Aq. Libr. quatuor ad duas coqui, cito per linteum rarum cum levi expressione colari et liquori lactescenti addi praescribit Syr. de Succo Aurant. Unc. tres vel q. s. — Ph. Londin. antiq. et Ph. Suecica ad EMULSIONEM seu MIXTURAM CORNU CERVI USTI Corn. Cervi usti albi ppt. Unc. semis et Gummi Arab. Unc. unam cum Aq. fluviatil. Unc. triginta sex paullatim ebullire curari et refrigeratis triturando addi praescribunt Pastae amygdalin. Unc. unam. — Ph. Londin. nova Corn. Cervi usti ppt. Unc. duas, Gummi Arab. pulv. Unc. unam cum Aquae Octariis tribus ad duas coqui praescribit. — Ph. Dublinensis Corn. Cervi usti ppt. Unc. duas et Gummi Arab. Drachm. tres cum Aquae Libr. tribus ad remanent. Libr. duar. coqui praescribit. — Ph. Gallica Corn. Cerv. usti ppt. Drachm. duas, Medull. Panis tritic. Drachm. tres et Sacch. alb. Unc. unam simul contundi, deinde in Aq. comm. Libr. duabus per semiquadrantem horae coqui, et adhuc fervidum per cilicinum rarius cum levi expressione colari et Aq. Naphae Unc. semis vel, si lubeat, Aq. Cinnam. Drachm. duas addi praescribit. — Richard Unc. duas Micae Panis praescribit Aquam Cinnam. non memorans, ceterum cum hac formula congruit. — Ph. Hispanica Cornu Cervi ppt. Unc. semis et Micae Panis Unc. duas cum Aquae Libr. sex leviter coqui, colari et cum Syr. simpl. Unc. quatuor edulcorari, tunc, si lubeat, addi praescribit Aq. Naphae vel Cinnam. lacticin. Drachm. duas. — Ad DECOCTUM ALBUM TENUIUS Cornu Cervi usti albi ppt. Unc. semis, Gumm. Arab. Unc. unam et Sacch. Unc. duas cum Aquae Libr. quatuor leviter coqui praescribit. — Lewis ad DECOCTUM ALBUM COMPOSITUM Rad. Symphyti et Torment. āā Unc. semis cum Aquae Octar. tribus ad duos coqui et sub finem addi praescribit Cinnam. Drachm. unam; denique colaturae admisceri Sacchari albi, Cornu Cervi usti, Cretae albae āā Unc. semis. — Van Mons Micae Panis Part. unam cum s. q. Aquae per semihoram coqui praescribit, ut fiat colatura Part. sexaginta quatuor, cui postremo additur Gummi Arabici Pars dimidia, Cornu Cervi usti ppt. Pars quarta et Sacchari Pars semis; tunc colatur per pannum et post refrigerationem additur Aquae Cinnam. Pars semis. — Alias praescriptiones parum discedentes praetereamus. — Decoctum his methodis paratum propter Cornu Cervi ustum in suspensione adspectum lacteum habet et in usu semper agitandum est. (V. etiam Potus Cornu Cervi et Panis.)

DECOCTUM ALBUM Sydenhami ANTICHOLERICUM Ph. anticholeric.

Rec. Corn. Cerv. rasp., Mic. Panis albiss. āā Unc. tres ad quatuor. Coque in Aq. font. Libr. tribus ad duas; sub finem coction. adde Cort. Cinnam. Drachm. unam. Post refrigerat. adde Succi Citri rec. expr., Sacch. albi āā s. q. ad gratum saporem.

DECOCTUM ALBUM Vogleri — fit infundendo Amyli Unc. semis primum aliquot Unc. Aquae frigidae, deinde sensim Unc. quinquaginta Aquae ferventis, et post unam alteramve ebullitionem colando et addendo colaturae Spiritus Vitrioli Guttas quadraginta vel q. s.

DECOCTUM (Corticis) ALCORNOQUE sec. Ph. Batav. — Fit coquendo Cort. Alcornoque Unc. semis cum Aquae Unc. sedecim ad colaturae Unc. octo.

DECOCTUM ALOËS COMPOSITUM Ph. Londin. cet. v. Balsamum Vitae (p. 124).

DECOCTUM (APOZEMA) ALTERANS COMMUNE sec. Formul. de Paris — fit leviter co-

quando Herb. Borrag, Buglossi, Scolopendrii, Cichor. silv. āā Man. duos cum Aq. Libr. octo, et admiscendo singulis Libris colaturae clarificatae Syr. Violar., vel Nymphaeae, vel Hordeac. Unc. unam et Nitri depur. vel Sal. Glauberi vel Arcani duplicati, vel Salis amari aut Seignette Drachm. semis.

**DECOCTUM ALTHAEAE.** Eibiſch-Abſud. *Decoction de Guimauve.*

Rec. Rad. Alth. conc. Unciam semis, Aquae Uncias quatuordecim. Calefiant in balneo Mariae saepius agitando per semihoram, tunc colentur, ut f. colat. Libra una.

Augustin et Ph. castr. Borussica Unc. semis Rad. Alth. cum Aquae Unc. quindecim ad remanentem colaturae Libr. unam coqui praescribunt. — Ph. Hamburg. p. paup. Rad. Alth. Unc. unam cum Aq. Libra una ad remanent. Unc. octo coqui jubet. (V. etiam Mucilago.)

**DECOCTUM ALTHAEAE OFFICINALIS** Ph. Edinburg.

Rec. Rad. Alth. conc. Unc. quatuor, Passul. major. enucl. Unc. duas, Aq. Libr. septem. Decoque ad Libr. quinque, liquorem colatum sepone, donec faeces subsederint, et effunde.

**DECOCTUM ALTHAEAE** Lewis, Pideriti et Decoctum Althaeae compositum Disp. Fuldens. cum praecedente formula congruit, nisi quod Rad. Alth. Unc. sex, Passul. enucl. Unc. duas cum Aquae Libr. sex ad remanent. Libr. quatuor coqui praescribunt. — Pharm. Ferrariens. octo Aquae Libr. praescribit, ceterum cum hac formula congruit. — Ph. Herbipolit. Rad. Alth. Unc. sex, Passul. maj. enucl. Unc. duas cum Aquae Libr. sex ad reman. Libr. quatuor coqui et sub finem Rad. Liquir. Drachm. sex addi praescribit. — Ph. castrens. Ruthena Rad. Alth. Unc. quatuor, Passul. maj. vel Caric. Unc. duas, vel Rad. Liquir. Unc. unam et Aquae Libr. septem praescribit.

**DECOCTUM ALTHAEAE** Ph. Lusitan.

Rec. Rad. Alth. conc. Unc. sex, Aquae Libr. octo. Coque ad reman. Libr. quatuor, sub finem adde Rad. Liquir. rasae Unc. duas, tum cola. — Formul. des hopit. milit. de France in summa rei cum hac congruit. (Alias praescriptiones parum discedentes praetereamus.)

**DECOCTUM ALTHAEAE** Marcus. — Fit coquendo Rad. Alth. off. Unc. semis cum Aq. fluv. Unc. sedecim ad reman. Unc. decem, colaturae addendo Kali nitrici Unc. semis, Oxym. simpl. seu Syr. Alth. Unc. duas. — Aliud ex Decocti Alth. off. Unc. octo, Liq. Ammon. acet. Unc. duabus, Syr. Alth. Unc. una constat.

**DECOCTUM ALTHAEAE CUM AMMONIO MURIATICO** (Sale Ammoniaco) Augustin.

Rec. Rad. Alth. conc. Unc. unam. Coque cum Aquae font. q. s. ad colat. Unc. duodecim, in quibus solve Sal. Ammon. Drachm. duas, Succi Liquir. dep. Drachm. duas.

**DECOCTUM (Radicis) ALTHAEAE EMOLLIENS** Ph. Hispanic.

Rec. Rad. Alth. conc. et Herb. rec. Malv. āā Unc. unam. Coque in Aquae Libr. duabus ad Libr. unam. Cola calide.

**DECOCTUM AMARO-AROMATICUM** Fulleri. — Fit Rad. Calami, Zedoariae, Gentianae, Galang. āā Drachm. duas, Hb Cent. min., Absinth., Flor. Chamom., Stoechad. citrin. āā Drachm. unam cum Aq. Libr. tribus ad duas coquendo, sub finem addendo Sem. Carvi Unc. semis, et colando.

**DECOCTUM AMARO-AROMATICUM LAXATIVUM** Brera.

Rec. Decocti amari Br. Libr. unam, Tinct. Rhabarb. aquos. Unc. quatuor, Aq. Menth. pip. Unc. unam. M. (V. etiam Infusum Rhei amarum.)

**DECOCTUM AMARUM** Bate.

Rec. Summit. Centaur. min., Flor. Chamom., Hb. Agrimon. āā Man. semis, Sem. Card. bened., Citri āā Drachm. unam semis, Flor. Calend. Pug. duos, Rad. Gentian. Drachm. duas, Fol. Senn. Drachm. sex, Rad. Rhabarb. Drachm. unam, Vini albi et Aq. font. āā Libr. unam. Coque ad Dimidias et cola.

**DECOCTUM AMARUM** seu Gentianae compositum, Apozema amarum Ph. Gallic., Richard, Cadet cet.

Rec. Rad. Gentian. conc. Drachm. unam. Coque per $\frac{1}{4}$ horae cum Aq. comm. Libr. duabus semis, adde Spec. amar. Unc. duas. *Stet in digestione per 2 horas, coletur sine expressione.* — Formul. des hopit. milit. de France Rad. Gentian. Part. unam cum Aquae s. q. ad colat. Part. sedecim coqui, tunc addi Spec. amar. Part. unam et post infusionem colari praescribit. — Ph. Paris. et Spielmannus Rad. Gentian. Drachm. duas cum Aq. comm. Libr. quatuor per semihoram coqui, tunc addi praescribit Summit. Centaur. min., Card. bened., Scordii et Flav. Cort. Citri rec. āā Drachm. duas et infundi, donec refrigescant, postea decanthari.

**DECOCTUM AMARUM** Brera.

Rec. Rad. Gentian. Unc. semis, Summit. Absinth. Manip. unum, Aq. font. Libr. tres; coque ad consumtionem dimidiae Partis, et cola.

**DECOCTUM AMARUM** Ph. Ferrariens.

Rec. Rad. Gentian., Gramin. āā Unc. unam semis, Cort. Fraxini et Salicis alb. āā Unc. semis, Salis Ammon. Gran. viginti, Aquae Libr. tres. Coque per horam unam, et cola. — Ferrarini et Taddei formulae in summa rei cum hac congruunt.

**DECOCTUM (Apozema) AMARUM** Formul. de Paris. — Fit leviter coquendo Rad. Lapathi sylv., Hb. Cichor. sylv., Borrag., Buglossi āā Man. duos cum Aq. Pintis tribus, colando cum expressione et addendo unicuique Pintae Syr. Violar. Unc. unam.

**DECOCTUM AMARUM** Ph. Helvet.

Rec. Rad. Gentian., Cichor. āā Unc. unam, Hb. Card. bened., Centaur. min., Chamaedr., Scordii āā Man. unum. Inc. et mixta ebulliant cum Aq. font. q. s. ad colat. Libr. sex.

**DECOCTUM AMARUM** seu Quassiae compositum Ph. Herbipolitanae.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0239-2 DFG

Rec. Rasur. Ligni Quass. Unc. unam, Flor. Chamom. Unc. unam semis, Sal Tartar. Drachm. duas. Coque cum Aq. font. Libr. quatuor ad reman. Libr. trium. Cola. — *Va* Sal Tartari omittit.

DECOCTUM AMARUM AETHEREUM Brera. — Miscella est Decocti amari Br. Unc. quatuor, Aq. Menth. pip. Unc. duarum et Naphthae Vitrioli Drachm. semis.

DECOCTUM AMARUM ALCOHOLISATUM NERVINUM Brera. — Miscella est Decocti amari Libr. unius, Alcohol. Vini Unc. unius et Laud. liq. Sydenh. Drachm. semis.

DECOCTUM AMARUM ALTERANS Bate. Fit sec. praeceptum supra datum, omittendo purgantia.

DECOCTUM AMARUM ANTHELMINTICUM seu vermifugum Brera.

Rec. Summit. Absinth. Man. unum, Sem. Cinae, Rad. Gentian. lut. āā Drachm. duas, Aquae q. s. Coque per semihoram ad colat. Libr. unius.

DECOCTUM AMARUM ANTIFEBRILE Brera.

Rec. Decocti amar. Br. Libr. unam semis, Cort. Chin. opt. pulv. Unc. unam, Rad. Valer. silv. Unc. semis. Coque in vase clauso per horam, cola et detur.

DECOCTUM AMARUM PURGATIVUM Formules de Paris.

Rec. Rad. Lapathi silv. Unc. semis, Aq. comm. Libr. duas semis. *Bulliant, removeantur a foco,* deinde refundatur Fol. Sennae el., Sal. amari āā Unc. semis, Hb. Cichor. silv., Borrag., Buglossi āā Man. semis. Colaturam exprime.

DECOCTUM AMARUM RESOLVENS Brera — ex Decocti amari Libr. una et Nitri puri Drachm. duabus constat.

DECOCTUM AMBROSIANUM Bate. — Fit coquendo Sem. Milii panici cont. Unc. octo cum Aquae Libr. sex ad tertiae Part. consumtionem, et colando post refrigerationem iterate per manicam Hippocratis ad limpitudinem.

DECOCTUM (Gummi) AMMONIACI CUM HYDROMELLE Poerner. — Fit Gumm. Ammoniaci Partem unam cum Aquae Mellis Part. triginta coquendo per horae spatium, et liquorem adhuc calidum colando.

DECOCTUM ANALEPTICUM Bate. — Fit coquendo Cancros fluviat. cont. Nro. septem in Vini albi et Aquae āā Unc. duodecim ad Dimidias et addendo colaturae Sacchari cand. q. s.

DECOCTUM CONTRA ANASARCAM Beckii.

Rec. Ligni sancti Libr. semis, Cort. ejusdem et Rad. Sassaparill. āā Unc. quatuor, Rad. Liquir. Unc. unam, Fol. Senn. s. stip. Unc. unam semis, Rad. Rhabarb. et Agarici trochisc. āā Drachm. unam semis, Aquae Libr. duodecim. Stent per noctem in infusione in vase tecto; postea coquantur ad Dimidias et colentur.

DECOCTUM ANGUSTURAE Ellis. — Fit coquendo Cort. Angustur. verae Unc. unam cum Aquae Sesquioctario per sexagesimas quindecim ad viginti, et colando.

DECOCTUM ANGUSTURAE Schmidtmann.

Rec. Cort. Angustur., Quercus, Salic. āā Unc. semis. Coque cum Aq. font. s. q. ad colat. Unc. sex, in quibus solve Extr. Cicut. Gran. duodeviginti, Digit purp. Gran. quatuor, Calcar. muriat. Drachm. semis. — Vel: Rec. Cort. Angustur., Quercus, Stip. Dulcamar. āā Unc. semis. Conc. coque cum Aq. font. s. q. ad colat. Unc. sex, et adde Tinct. Ligni Guajaci Drachm. sex, Extr. Digit purp. Gran. septem, Cicut. Gran. viginti quatuor, Calcar. mur. Scrup. duos.

DECOCTUM ANTHELMINTICUM PRO FOTU Disp. Brunsvic.

Rec. Rad. Aristol. rot. Unc. unam, Herb. Absinth., Abrotan., Tanaceti, Sabin. āā Unc. semis, Summit. Helleborastri Drachm. duas, Pulp. Colocynth., Aloës āā Drachm. unam. Conc. coq. cum Aq. font. Libr. tribus ad duas, tunc cola cum expressione. (V. et Decoctum Geoffraeae.)

DECOCTUM ANTHELMINTICUM Rosensteini seu Hydrargyri vivi Augustin.

Rec. Rad. Gramin. Unc. semis, Flav. Cort. Aurant. Drachm. semis. Coque cum Aq. font. Libr. octo, donec remanserit quarta Pars, cola et adde Mercur. vivi Unc. duas. Iterum coque lenius in vase terreo tecto, agitans saepius Mercurium bacillo ligneo et denique decantha decoctum. (V. etiam Aqua mercurialis simplex p. 79.)

*DECOCTUM ANTIARTHRITICUM Hoffmanni. — Fit coquendo Hb. Chamaedr., Chamaepyth. et Centaur. min. āā Man. duos in s. q. Aquae ad Dimidias, et colando.*

DECOCTUM ANTIARTHRITICUM Quarin sec. Cadet.

Rec. Rad. Sassapar. Unc. quatuor, Antimon. crudi in nodulo Unc. sex, Aquae Libr. duas. Coque ad Dimidium, tunc infunde Rad. Liquir. Unc. unam et Sem. Anisi Drachm. duas, postea cola.

DECOCTUM ANTIASTHMATICUM v. Decoctum Bignoniae Catalpae.

DECOCTUM ANTICACHECTICUM Swediaur.

Rec. Rad. et Hb. rec. Cichor., Acetosae, Fragar., Calcitrap., Violar., Flor. Nymph. alb. āā Unc. unam, Flor. Rosar. rubr. Unc. duas, Rad. Parietar. Unc. semis, Aquae Libr. duodecim. Coq. ad Libr. octo remanent. et infunde Fol. Senn. Unc. quatuor, Sem. Anisi, Nitri dep. āā Unc. semis. Post 24 horas cola.

DECOCTUM ANTIDYSENTERICUM Cadet cet.

Rec. Sevi rec. vervecini Unc. duas, Lactis vacc. rec. Unc. sedecim. Coque super igne blando, semper agitans, tum adde Amyli Cochlear majus. Ebulliat et sub finem addatur Sacchari parva copia.

DECOCTUM ANTIFEBRILE seu Chinae compositum Ph. Lusitan., Decoctum Cinchonae cardiacum, excitans, roborans sive cum Serpentaria.

Rec. Chinae reg. pulv., Rad. Serpent. Virg. āā Unc. semis, Aquae Sesquilibram. Ebulliat, donec supersit Libr. una. Vas clausum quiescat, donec refrixerit; colato adde Spir. Cinnam.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0240-4
DFG

Unc. duas. — Gray Aquae Libr. unam et ad Dimidium coqui praescribit, tunc addi Spir. Cinnam. Sesquiunciam et insuper Spir. Vitrioli Sesquidrachmam; ceterum cum data praescriptione congruit. — Swediaur Chinae pulv. Unc. duas cum Aquae Libr. duabus per ¼ horae coqui, tunc addi praescribit Rad. Serpent. Virg. Unc. unam et post horae unius digestionem colari. — Ellis Chinae Unc. unam cum Aquae Octario uno per decem sexagesimas coqui, tunc addi praescribit Rad. Serpent. Unc. semis et Cort. Aurant. Drachm. duas, post ½ horae digestionem colari. (Reliqua praecepta parum a primo discedentia praetereamus.)

DECOCTUM ANTIFEBRILE Lewis. — Fit Rad. Serpent. Virg. et C. Chinae āā Drachm. tres in Aquae Octario uno ad Dimidium coquendo et addendo colaturae Aq. Cinnam. spir. Unc. unam semis, Syr. Flor. Tunicae Drachm. duas. (V. etiam Decocto-Infusum et Decoctum Chinae, Decoctum febrifugum cet.)

DECOCTUM ANTIFEBRILE Ph. Helvet.

Rec. Rad. Cichor., Gramin., Scorzoner., Tarax. āā Unc. unam, Passul. min. Drachm. sex, Nitri dep. Drachm. unam. Inc. misce, ebulliant cum Aq. font. q. s. ad colat. Libr. quatuor.

DECOCTUM ANTIHAEMORRHOIDALE Van Mons.

Rec. *Rad Rhabarb.*, *Sem. Anisi*, *Crem. Tartari* āā *Drachm. unam*, *Fol. Senn.* Unc. unam, Cassonadae, Passul. min. āā Unc. duas. Omnibus conc. et cont. macerentur Fol. Sennae cum Aquae Unc. duabus per horam, tunc addantur porro Aquae Unc. sedecim, ebulliant semel, colentur et adhuc calentibus admisceantur Passulae, Saccharum et Sem. Anisi; post refrigerationem denuo colentur et admisceantur Crem. Tartari et Pulv. Rhabarbari.

DECOCTUM ANTIHECTICUM Lewis.

Rec. Rad. Symphyti, Eryngii āā Unc semis, Conserv. Rosar. Unc. duas, Spir. Vitrioli dulc. Gutt. quadraginta, Aquae Pintas tres. Coque ad Pintar. duarum reman. et cola.

DECOCTUM (Tisana) ANTIHERPETICUM Ph. Lusit. edit. prior.

Rec. Stip. Dulcamar. Unc. semis, Aquae Libr. unam semis. Coque ad Libr. unam, sub finem adde Hb. Fumar. Man. semis; tunc cola et admisce Syr. commun. Unc. unam. (V. etiam Decoctum Caricis arenariae.)

DECOCTUM (Apozema) ANTIHERPETICUM et TONICUM Pierquin.

Rec. Rad. Fragar. et Acetosell. āā Unc. unam, Sem. Papav. nodulo inclus. Drachm. duas, Hb. Capill. Ven. Monsp., Rad. Pimpin., Cichor. āā Man. semis, Flor. Scabios. Man. duos, Aq. comm. q. s. Coque l. a. et cola. — Admiscetur primae portioni Syr. Flor. Persic. Unc. una et secundae Syr. Cichor.

DECOCTUM ANTIHYDROPICUM Ph. Lus. ed. Pinto. — Fit admiscendo Decocti Hordei Libris tribus Cremoris Tartari Drachmas sex, vel Infusum Bacc. Juniperi cum Oxymelle squillitico et Terra foliata Tartari.

DECOCTUM (Apozema) ANTIICTERICUM Pierquin.

Rec. Cort. Chin. Drachm. duas, Hb. Nasturt. aq., Rad. Cichor. et Gramin. āā Man. decem, Aquae q. s. Fiat decoctum, ut liquoris vitra duo obtineantur. — Primae Portioni admiscetur Syr. Cichor. comp. Unc. una, secundae Syr. rosat. solutiv.

DECOCTUM ANTILACTICUM Ferrarini.

Rec. Flor. Galii et Hyperici āā Drachm. duas, Flor. Sambuci Drachm. tres, Fol. Sennae Drachm. unam, Seri vaccini dep. Libr. unam semis. Coque ad Libr. unius remanentiam, et cola.

DECOCTUM ANTIMONIALE Bate.

Rec. Lign. Lentisci, Visci querni āā Drachm. sex, Hb. Beton. Man. unum, Lign. Sassafras Unc. unam, Antim. crud., crass. pulv. in petia ligati, Unc. duas. Coque cum Aquae font. q. s. ad Librarum duarum colaturam.

DECOCTUM ANTIPERIODICUM ET PECTORALE seu Chinae cum Lichene, Apozema febrifugum et pectorale Saunders.

Rec. Cort. Chin. pulv. Unc. unam, Aq. font. q. s. Infunde per horam et adde Lich. Island. Unc. unam. Fiat decoctum colatur. Libr. duarum pondere, tunc adde Syr. Capit. Papav. Unc. duas. — *Borjes Chin. rubr. et Lich. Island.* āā *Drachm. duas*, *Herb. Heder. terrestr.*, Flor. Farfar. āā Pug. duos et Aquae q. s. praescribit, ut f. colaturae vitrum unum, cui admiscetur Syr. Bals. Tolut. Drachm. sex. — Pierquin praeterea Caput unum Papaveris addit et Syrupi Cochlear unum praescribit.

DECOCTUM ANTIPHLOGISTICUM. — Fit admiscendo Decocto pectorali Acetum seu Acidum Nitri.

DECOCTUM ANTIPHLOGISTICUM Ph. Ticinensis. — Miscella est Decocti Hordei Libr. duarum, Nitri Drachm. unius et Oxymellis simpl. Unc. unius.

DECOCTUM ANTIPHTHISICUM Wunters sec. Swediaur.

Rec. Lichen. Isl. Unc. unam semis, Aquae Libr. sex. Coque ad Dimidium, sub finem adde Hb. Botryos Man. unum, cola et adde Extr. Cicut. Scrup. unum, Syr. Papav. errat. et albi āā Unc. unam semis. Extracti Cicut. quantitas quoque biduo augetur, donec Drachm. duae ad tres per diem sumuntur.

DECOCTUM ANTIPHTHISICUM Bate.

Rec. Cancr. fluviat. Nro. duodecim, Rad. Enulae, Ireos flor., Consol. maj. āā Unc. unam, Liquir. Unc. unam semis, Hb. Alchemill., Heder. terrestr., Millefol., Plantag. min., Veronic., Pulmon. macul., Semperviv. maj. āā Man. duos, Conserv. Rosar. rubr. Unc. sex. Coque in Aq. font. q. s. ad Libr. sex colat., clarif. cum Albumine Ovor. et adde Spir. Sulphur. q. s.

DECOCTUM ANTIPHTHISICUM Timaei.

Rec. Rad. Consolid. utriusque āā Unc. semis, Alth., Liquir. āā Drachm. tres, Ireos flor.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0241-9
DFG

Drachm. duas, Hb. Veron., Sanic., Pulmon., Hederæ. terr., Alchemill., Scabios., Farfar., Auric. mur. āā Man. semis, Flor. Salviae minoris, Borrag., Bugloss., Rosar. rubr., Hyperici, āā Pug. duos, Sem. Cydon. Drachm. duas, Hyperici Drachm. tres. Inc. cont. et conquass. coque ex s. q. Aquae ad colaturam Libr. duarum, quibus addantur Syr. de Symphyto, de Pilosella et Althaea āā Unc. duae. Mixta clarificentur. (Alias formulas similes praetereamus.)

DECOCTUM ANTIPODAGRICUM Disp. Viennens.

Rec. Hermodactylor., Rad. Chinae, Sassapar., Polypod. quern. āā Unc. quatuor, Ligni Guajaci Libr. semis. Inc., infunde per 24 horas et coq. cum Aq. font. Libr. triginta duabus, in fine addendo Vini albi generosi Libr. sedecim. Ebulliant ad tertiae Partis consumtionem, decanthentur et super residuas species reaffundantur Aquae Librae sedecim et repetatur decoctio, in fine ejusdem rursus addendo Vini generosi Libr. octo. Iterum ebulliant ad tertiae Partis consumtionem, tunc misceantur decocta colata.

DECOCTUM ANTIPSORICUM SUECORUM sec. Spielmannum, Decoctum (Tisana) antisyphiliticum sive Lignorum cum Antimonio et Mercurio Yvae Gaukes.

Rec. Rasur. Ligni Guajaci Unc. unam semis, Lign. Junip. Unc. unam, Rad. Chin. conc. Unc. semis. Immittantur in Aq. font. Unc. septuaginta duas; addantur Merc. vivi, Antim. crudi cont. āā Unc. sex. Sacculo linteo inclusa coquantur ad Dimidium, sub finem addatur Rad. Liquir. Unc. semis; cum semel praeterea ebullivcrunt, colentur. — Disp. Brunsvic. Ligni Junip. loco Lign. Sassafr. et Rad. Liquir. Unc. unam praescribit, ceterum cum hac formula congruit.

DECOCTUM ANTISCORBUTICUM seu Apozema de Cochlearia Armoracia compositum Ph. Gallicae.

Rec. Rad. Bardan., Lapath. acuti āā Unc. unam. Coq. cum Aq. Libr. quatuor per quadrantem horae, macerentur per 12 horas, deinde bulliant, donec supersint Libr. tres; sub finem infunde per ½ horam Fol. Senn. el. Drachm. duas, Rad. Rhabarb. Drachm. unam, Ligni Sassafr. et Rad. Liquir. āā Drachm. duas, Sem. Coriandri Drachm. unam. Cola cum levi expressione et colatura refrigerata faece deposita decapuletur liquor.

DECOCTUM ANTISCORBUTICUM Richard.

Rec. Rad. Raphani rust. Unc. duas; coq. per horae quadrantem ex Aquae Unc. octoginta, tunc adde Hb. rec. Beccabung., Nasturt. aq., Cochlear., Acetos. āā Pug. duos. Paululum coquantur, colentur et addantur Aceti Unc. quatuor. — Richard (Formulaire) Rad. Bardan., Patientiae āā Unc. unam cum Aq. comm. Libr. quatuor per horam in vase figulino coqui et remotis ab igne addi praescribit Rad. Armorac. bene conc., Hb. Cochlear., Nasturt. aq., Trifol. fibr. āā Unc. unam; denique, refrigerata in vase clauso, colari.

DECOCTUM ANTISCORBUTICUM Ph. Petropol. in usum instit. piorum.

Rec. Sem. Hord. decort. seu Secalis seu Tritici sicci inquinati Unc. octo. Coque cum Aq. Libr. octo ad colat. Libr. sex, tunc adde Succi Baccar. Oxycocc. Unc. quatuor et Syrupi ad lubitum.

DECOCTUM (Apozema) ANTISCORBUTICUM Pierquin.

Rec. Rad. Chin. cont. Drachm. unam. Coque cum s. q. Aquae per 2 horas, ad duo Vitra, tunc adde Hb. Nasturt. aq. et Sii āā Man. unum, Hb. Cochlear. et Erucae āā Man. duos. Post semihoram bullitionis cola et liquidi duo Vitra exprime. Priori adde Syr. Cichor. Unc. unam et Pulv. Rhabarb. Gran. viginti, secundo Syrupum solum.

DECOCTUM (Apozema) ANTISCORBUTICUM Bories.

Rec. Rad. Raphani, Hb. Trifol., Parell. āā Unc. semis, Hb. Cochlear., Beccabung. āā Pug. unum, Aquae q. s., ut Decocti Vitra tria obtineantur. Colaturae adde Syr. antiscorbutici Portali absque Sublimato Unc. unam. M.

DECOCTUM ANTISEPTICUM seu ARNICAE.

Rec. Hb. Arnicae Unc. quatuor. Coque cum s. q. Aquae per horae dodrantem in vase tecto ad Libr. duarum colaturam, cui adde Syr. Ribium Unc. quatuor.

DECOCTUM ANTISEPTICUM Ph. Hamburg. p. paup. edit. prim.

Rec. Cort. Chin. fusc. gross. modo cont. Unc. unam. Coque in Aq. font. Libr. una ad colat. Unc. octo, cui adde Oxym. simpl. Unc. unam. (V. etiam Decoctum Chinae.)

DECOCTUM ANTISEPTICUM Cadet.

Rec. Hb. rec. Scordii, Alliariae, Marrub. albi āā Unc. duas, Aq. Unc. quatuor. Coque leviter et colaturae adde Oxym. squillit. Libr. semis, Aceti theriacal. Unc. unam, Nitri Drachm. tres.

DECOCTUM ANTISYPHILITICUM Cambieri. — Fit Rad. Sarsaparill. Unc. tres, Bardan. Unc. duas, Ligni Guajaci rasp. Unc. unam, Cort. Chinae fusc. cont., Putam. Nuc. Jugl. et Antim. crudi in petia ligati āā Unc. duas cum Aquae Libr. sex ad remanent. Libr. quatuor coquendo et colando.

DECOCTUM ANTISYPHILITICUM (Sarsaparillae compositum) Richard.

Rec. Decoct. Sassaparill. ferv. Libr. quinque et Unc. quatuor, Rad. Sassafr. conc., Rasur. Lign. Guajac., Rad. Liquir. āā Unc. unam, Cort. Rad. Mezer. Drachm. tres. Coctum per ¼ horae cola.

DECOCTUM ANTISYPHILITICUM de Sainte Marie. — Fit Rad. Sarsaparill. Unc. quatuor cum Aquae Libr. duodecim ad remanent. Libr. octo coquendo, sub finem addendo Rad. Liquir. Unc. semis et post suff. infusionem colando.

DECOCTUM ANTISYPHILITICUM Struve. — Fit Rad. Sarsaparill., Rad. Chinae mund. āā Libr. unam, Rad. Bardan. Unc. tres, Fol.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0242-5

Sennae Unc. duas, Rad. Liquirit. Unc. unam cum Aquae Libr. duodecim ad Dimidias coquendo et colando.

DECOCTUM ANTISYPHILITICUM NUTRIENS Brera.

Rec. Rad. Sassapar. Unc. unam, Lich. Island. lixiv. Unc. unam semis. Coque in s. q. Aquae font. et colat. Unc. quatuordecim adde Syr. simpl. Unc. unam. (V. etiam Decoctum antivenereum, Pollini, Yvae Gaukes cet.)

DECOCTUM ANTIVENEREUM Ph. Helvet.

Rec. Rad. Sassapar., Ligni Guajaci et Cort. eiusd. āā Unc. duas, R. Chinae Unc. unam. Infunde per noctem in s. q. Aquae, postridie coquatur per horam vel donec remaneant Librae octo, sub finem addantur Lign. Sassafr. Unc. una, Rad. Liquir. Unc. semis, tunc colentur. — Residuae species a coctione, cum Aq. font. Libr. duodecim, de novo ebulliant pro potu ordinario.

DECOCTUM ANTIVENEREUM Plenckii sec. Kraus.

Rec. Rasur. Lign. Guajac. Unc. unam ad duas, Stip. Dulcam. Unc. unam semis, Rad. Chinae nodos. Unc. semis, Aq. fervid. Libr. sex. Macera per noctem, coque ad colat. Libr. trium.

DECOCTUM ANTIVENEREUM Musitani.

Rec. Rad. Sassapar. Unc. unam, *Ligni Visci, Cornu Cervi rasp.*, Antim. crudi, Lap. Pumic. āā Unc. semis, Aq. comm. Libr. tres. Coque ad Dimidias et cola.

DECOCTUM ANTIVENEREUM Passerini vel Salvadori sec. Ferrarini.

Rec. Rad. Sassap. Unc. octo, Rad. Aristol. rot. Unc. duas, Rad. Scolymi Unc. unam, Aquae Libr. viginti. Coque ad duarum Part. reman., adde Fol. Senn. Unc. unam semis, Hb. Fumar. et Flor. Cyani āā Unc. unam, coque ad Libr. duodecim, tunc adde Merc. dulc., Alumin. usti āā Unc. semis; mixta per 2 horas igne blandissimo digere, cola fortiter exprimendo per pannum, ita ut Libr. decem remaneant. — Ph. Parmens. omnia cum Aquae Libr. triginta ad decem remanent. decoqui praescribit, ceterum cum hac formula congruit. — Taddei quoque formula in summa rei eadem est. (V. etiam Decoctum Zittmanni.)

DECOCTUM ANTIVENEREUM LAXANS PARISIENSIUM.

Rec. Ras. Ligni Guajaci, Rad. Sarsapar., Rad. Chinae āā Drachm. duas, Antim. crudi Unc. unam. Inc. et cont. coquantur ex Aq. font. Unc. duabus et triginta ad reman. Unc. quatuor et viginti; tum addantur Rad. Polypod. Unc. semis, Rhabarb., Liquir., Fol. Senn. s. stip., Ligni Sassafr. āā Drachm. una, Sal. Tartari Gran. quatuor, Sem. Coriandri Drachm. semis. Inc. et cont. inf. per noctem, mane semel bulliant et deinde colentur. (V. etiam Decoctum de Guajaco compositum et purgans.)

DECOCTUM ANTIVENEREUM Ulyssiponense v. Decoctum Lusitanicum et Sarsaparillae compositum seu cum Mezereo.

DECOCTUM APERIENS seu Graminis compositum Ph. Hispan.

Rec. Rad. Gramin. et Rub. tinct. āā Unc. semis. Cont. coq. cum Aq. Libr. tribus ad Libr. duas, sub finem addens Radicis Liquir. rasp. et cont. Drachm. unam. In colatura dissolve Nitri dep. Drachm. unam. — Saunders Rad. Gramin. et Tarax. āā Unc. duas cum s. q. Aquae ad Sesquilibram colaturae addi praescribit Salis polychrest. Unc. semis, Syr. Fumar. Unc. duas et Spir. Nitri dulc. Drachm. unam.

DECOCTUM APERIENS Brugnatelli et Lewis.

Rec. Rad. Rhabarb. et Rubiae tinct. āā Drachm. tres, Ciner. clav. dep. Drachm. duas, Aquae font. Libr. octo. Coque per horam unam, cola et adde Syr. Zinzib. Unc. tres.

DECOCTUM APERIENS LENITIVUM MINUS Ph. Augustanae.

Rec. Hb. Agrimon., Lupuli, Cichor., Cuscutae, Betonic., Ceterach, Endiv., Fumar. āā Unc. duas, Rad. Apii, Foenic., Petros., Calami, Liquir. āā Unc. quatuor, Rad. Asari Unc. semis, Sem. Anisi et Foenic. āā Unc. unam, Rad. Polypod. querni Unc. duodecim, Prun. Damasc., Caric. ping. āā Nro. triginta duas, Passul. Unc. quatuor, Fol. Sennae Alex. Unc. unam, Flor. Borrag., Buglossi, Violar., Rosar. rubr. āā Unc. unam. Inc. cont. serventur. — *Desiderante medico harum specierum quantitas definita l. a. cum Aqua coquitur.*

DECOCTUM (Apozema) APERIENS ET TONICUM Bories.

Rec. Rad. Ononid. Unc. unam, Rad. Eryng. Unc. semis, Cort. Cascar., Hb. Cichor., Tarax. āā Man. semis, Aquae q. s., ut coquendo colat. Vitrum unum obtineatur, cui adde Sal. mirab. Glauberi Drachm. unam, Sal. Ammon. Gran. quindecim, Syr. Cichor. comp. Unc. unam, Tart. chalyb. Scrup. unum. M. — Pierquin Tartarum chalyb. et Sal Ammon. omittit. (V. etiam Decoctum resolvens.)

DECOCTUM APERITIVUM Formul des hop. milit. de France.

Rec. Spec. aperitiv. Part. tres, Aq. q. s. Coctis per horae quadrantem sub finem adde Rad. Liquir. rasp. Part. unam; post aliquot sexagesimas cola, ut sint Part. quadraginta octo.

DECOCTUM (Apozema) APERITIVUM Bories.

Rec. Rad. Rusci, Asparag. āā Unc. semis, Asellos cont. Nro. quadraginta, Hb. Cichor., Scolopendr. āā Man. semis. Coq. cum s. q. Aquae ad colat. Unc. octo, in qua solve Sal. mirab. Glaub. Drachm. semis, tunc adde Syr. Rosar. pallid. Unc. unam, Oxym. squill. Unc. semis. — In alia formula Bories et Pierquin Rad. Rusci et Asparagi āā Unc. semis, Cort. Sambuci et Fraxin. āā Drachm. duas, Herb. Cichor., Pimpinell., Scolop. et Agrimon. āā Man. semis, Summit. Asparag. et Lupuli āā Pug. unum in s. q. Aquae ad colat. Unc. octo coqui, et colaturae addi praescribunt Syrup. 5 Rad. aperient. Drachm. sex, Ciner. clavell. Gran. duodecim, postea clarificato addi Cinnam. Scrup. unum.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0243-1

DECOCTUM (Apozema) APERITIVUM Pierquin.
Rec. Flor. Arnic. Gran. quindecim, Rad. Sapon., Rub. tinct., Asparag., Cichor., Hb. Fumar. āā Drachm. unam, Aquae q. s., ut f. Decocti Vitrum unum, in quo solvatur Terrae fol. Tartari Scrup. unus ad Drachm. duas.

DECOCTUM APERITIVUM seu aperiens majus Ph. Augustanae.
Rec. Hb. Endiv., Cichor., Fumar. āā Man. unum, Eupator., Borrag., Bugloss., Cuscut., Scolopendr. veri āā Man. tres, Rad. Liquir., Foenic., Apii, Petros., Passul. āā Unc. semis, Sem. Anisi, Foenic. āā Drachm. duas, Summit. Thymi, Epithymi āā Drachm. unam semis, Cort. Tamarisci, Capparid. āā Drachm. duas, Fol. Sennae Unc. duas, Rad. Polypod. querni Unc. unam, Agarici Unc. semis. Inc., cont. misceantur Species et usui serventur. — Desiderante medico harum specierum quantitas definita cum s. q. Aquae l. a. coquitur. — Disp. Brandenburg. Unc. tres cum s. q. Aquae ad Libr. trium colat. coqui praescribit.

DECOCTUM APERITIVUM seu aperiens majus cum Rhabarbaro Ph. Augustan. — Fit admiscendo Spec. Decoct. aperient. major. et minoris āā Unc. tres, Rad. Rhabarb. el Unc. semis, Cinnam. Drachm. duas, Salis Gemm. Scrup. unum, Spic. Indic. Scrup. duos et Spec. Diarrhodon Abbatis Scrup. quatuor. (Alias formulas pristinas ad Decocta aperitiva praetereamus.)

DECOCTUM APERITIVUM NITRATUM.— Fit solvendo Nitri dep. Gran. decem in Dosi una Decocti aperitivi sec. Formul. des hopit. mil. de France.

DECOCTUM ARALIAE NUDICAULIS Ph. Americanae. — Fit digerendo Rad. Araliae nudicaul. Unc. sex in Aquae Octar. octo per 4 horas, tunc coquendo ad Dimidium.

DECOCTUM (Apozema) ARMORACIAE v. Decoctum antiscorbuticum Richard.

DECOCTUM d'Arnaud v. Decoctum Pollini.

DECOCTUM (Florum) ARNICAE Swediaur. — Fit ebulliendo Flor. Arnic. Unc. unam ex Aquae Libr. tribus ad tertiae Partis consumtionem, et solvendo in colatura Syr. Zingib. Unc. duas.

DECOCTUM ARROW-ROOT.
Rec. Arrow-Root Drachm. tres. Misce cum Aqua frigid. Unc. semis, tunc adde sensim, semper agitans, Aquae bullientis Unc. novem, coque leviter ad colat. Unc. octo, quae Saccharo dulcificantur et pro lubitu aromatisantur. — Hooper Cornu Cervi Unc. semis cum Aquae Octario uno coqui et in colat. solvi praescribit Arrow-Root Cochlearia duo.

DECOCTUM ASARI CANADENSIS seu contra Trismum Firth. — Fit coquendo Radic. Unc. unam cum s. q. Aquae ad colat. Unc. duodecim.

DECOCTUM ASPARAGI Ratier. — Fit Rad. Asparag. Unc. unam cum Aquae Libr. duabus sufficienter coquendo et colando.

DECOCTUM ASTACORUM Bate.
Rec. Astac. fluviat. Nro. viginti, Rad. Aristol. rot. Unc. semis, Consol. maj. Unc. unam, Hb. Sanic., Alchemill., Bugul., Agrimon., Heder. terrestr., Beton. āā Man. unum. Coque in Aquae font. Libr. sex et Vini albi Libr. duabus ad tertiae Partis consumt.; colat. adde Syr. Limon. et Spir. Sulphur. q. s. (V. etiam Decoctum antiphthisicum.)

DECOCTUM (RAD.) ASTRAGALI Crichton. — Fit coquendo Rad. Astragal. exscap. Unc. semis in Aq. font. Unc. duodeviginti ad colat. Unc. duodecim.

DECOCTUM (CORTICUM) AURANTIORUM seu ad Metrorrhagiam Swediaur.
Rec. Cort. Aurant. Nro trium, Aquae Libr. sex. Ebullitione ad Libr. duas redacta colentur. — Werlhoff Cort. Aurant. Unc. unam cum Aquae Unc. duodeviginti ad colat. Unc. duodecim coqui praescribit. — Whyttius Cortices septem Aurantiorum cum Libr. tribus Aquae ad duas coqui et colaturae addi praescribit Sacchari albi Unc. unam, Elix. Vitrioli Myns. Guttas sexaginta.

DECOCTUM (FOLIORUM) AURANTIORUM Ph. Batav. — Fit coquendo Fol. Aurant. conc. Unc. semis cum Aquae Libr. una ad colat. Libr. semis — Lewis formula cum hac congruit.—Augustin Fol. Aurant. Drachm. quatuordecim in Aquae pluv. Unc. viginti per 2 vel 3 horas in vase clauso in balneo Mariae coqui et colaturae Sacch. albi q. s. ad gratum saporem addi praescribit.

DECOCTUM (Tisana) AVENAE EXCORTICATAE Henry et Guibourt. *Hydrolé de Gruau.*
Rec. Aven. excort. Unc. semis, Aquae Unc. triginta duas. Bulliant ad perfectam coctionem, colentur et edulcorentur cum Syrupo aliquo apto.

DECOCTUM AVENACEUM Loweri sec. Spielmannum, Lewis, Reuss cet.
Rec. Aven. excort. Unc. tres, Ligni Santal. rubr. inc. Drachm. duas. Coque cum Aq. font. Unc. duabus et septuaginta ad Trientis consumtionem, colaturae adde Nitri dep. Drachm. duas, Sacch. alb. Unc. unam. — Dispens. Brunsvic., Viennens., Ph. Palat. et Wirtemb. insuper Rad. Cichor. silv. Drachm. duas et Nitri dep. loco Nitr. Antimon. praescribunt, ceterum in summa rei cum hac formula congruunt.

DECOCTUM AZEDARACH. — Fit Cort. Azedarach Unc. quatuor in Aquae Octario uno sufficienter coquendo et colando.

DECOCTUM BALLOTAE LANATAE. — Fit coquendo Hb. Ballot. lanat. Unc. duas cum Aquae Libr. duabus ad Dimidium. Colaturae admiscetur pro lubitu Tinct. Cinnam., Aurant. vel Naphth. Vitrioli paullulum. — Brera Unc. semis Hb. Ballotae cum Aquae Libr. una ad Unc. octo coqui et colari praescribit.

DECOCTUM BALSAMICUM Fulleri. — Fit Rad. Sarsapar, Rad. Chinae, Liquir. āā Unc.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0244-7
DFG

semis, Eboris et Cornu Cervi āā Drachm. duas, Summit. Hyperici Man. unum, Passul. Unc. duas cum Aq. hordeat Libr. tribus coquendo, admiscendo inter ebullitionem Bals. de Tolu, colando et solvendo in colat. Syrup. Rubi id. Unc. duas, Bals. Peruv. Guttas octo, Ol. Nucist. aeth. Guttas duas.

DECOCTUM (Radicis) BARDANAE. — Fit calefaciendo Rad. Bardan. Part. unam cum Aq. Part. duodecim in balneo Mariae per semihoram. — Variant praescriptiones in ratione partium. — Ph. Batav. Rad. Bard. Sesquiunciam ad Unc. duas cum Aquae Libr. una ad octo Unc. coqui et colaturae admisceri Mellis Unc. semis praescribit. — Formul. des hopit. mil. de France Rad. Bard. Unc. unam cum s. q. Aquae per 1/4 horae coqui praescribit, ut f. colaturae Unc. triginta duae, sub finem addendo Rad. Liquir. rasp. Drachm. duas et post aliquot sexagesimas colari.

DECOCTUM BEZOARDICUM Curvi COMPLETUM seu purgans, Decoctum Scorzonerae bezoardicum solutivum Ph. Hispan.

Rec. Decoct bezoard. Curvi incompleti Libr. quatuor, Fol. Senn. mundat. Unc. semis. Levi ebullitione coque, cola et adde Syr. Rosar. pallid. Unc. sex, Pulv. Chinae bezoardic. Unc. semis.

DECOCTUM BEZOARDICUM Curvi INCOMPLETUM, Decoctum Scorzonerae bezoardicum Ph. Hispanic.

Rec. Rad. Viperinae in taleol. sectae Unc. unam, Sem. Citrei aut Limon. cont. Drachm. duas, Aq. Libr. sex. Coq. s. a. ad reman. Libr. quatuor, postea cola et adde Pulv. Chin. bezoard. Unc. semis, Mell. Sambuci Unc. tres.

DECOCTUM BIGNONIAE CATALPAE seu antiasthmaticum Brera.

Rec. Siliq. Bignon. Catalp. cum Seminibus cont. Unc. semis. Ebulliant in s. q. Aq. font., et colat Unc. octo adde Oxym. scillit. Unc. semis. M.

DECOCTUM BIGNONIAE CATALPAE TONICUM Brera. — Fit addendo Siliq. Bignon. Catalp., Rad. Senegae Drachm. duas et Unc. semis loco Unc. unam Oxym. scillit. Ceterum ut praecedens.

DECOCTUM BISTORTAE sec. Ratier. — Fit Rad. Bistort. Unc. unam in Aquae Libr. duabus sufficienter coquendo et colando.

DECOCTUM BORRAGINIS Ratier. — Pari modo coquendo Flor. Borrag. Drachm. duas in Aq. Libr. duabus paratur.

DECOCTUM BRYONIAE seu Fotus ex Bryonia Swediaur. — Fit Rad. Bryoniae Unc. duas in Aquae Libr. quatuor per breve tempus coquendo.

DECOCTUM BRYONIAE PRO USU EXTERNO Trampel.

Rec. Rad. Bryon. Unc. unam. Coque cum Aq. Libr. quatuor, cola et adde aequale Pondus Aceti et Salis communis, quantum in eo dissolvi potest.

DECOCTUM CAÏNCAE seu antihydropicum Langsdorfii. — Fit Rad. Caïncae conc. Drachm. duas cum Aquae Libr. una semis ad colat. Unc. octo coquendo.

DECOCTUM CALCARIAE SULPHURATO-STIBIATAE v. Aqua Calcis Antimonii cum Sulphure (p. 50.).

DECOCTUM AD CALCULUM RENALEM Foresti sec. Zwelfer.

Rec. Rad. Liquir. Unc. unam semis, Petrosel., Foenic. āā Unc. duas, Ireos flor. Unc. unam semis, Flor. Malv. et Alth. āā Drachm. sex, Sem. quatuor frigid. major. excort. āā Drachm. quinque, Sem. Foenic., Saxifrag., Cicer. rubr. āā Drachm. sex, Sebest. et Caric. āā Nro. triginta, Hord. mund. et loti Unc. tres. Inc. et cont. m. Species ad usum asservandae. (Alias pristinas formulas praetereamus.)

DECOCTUM CALENDULAE. — Fit Hb. recent. cum Florib. conc. cum Duplo Aquae in balneo Mariae per semihoram calefaciendo et per pannum rarum colando cum expressione. — Deficiente Herba recente, siccatam, sed bene conservatam, cum Flor. sumi licet, et quidem ad unam Hb. cum Florib. duodecim Aquae.

DECOCTUM (LIGNI) CAMPECHIENSIS seu Haematoxyli Disp. Fuldens. — Fit coquendo Ligni rasi Unc. duas in Aquae Libr. *quatuor ad colat. Libr. duarum.* — Ph. Herbipolit. *ad Libr. duas semis coqui et sub* finem addi praescribit Spir. Vini rect. Unc. quatuor et Cinnam. Scrup. quatuor, post unicam ebullitionem colari. — Ph. Dublin. Ligni Campechiani Unc. unam semis cum Aquae Octar. duobus ad Dimidium coqui et sub finem addi praescribit Cinnamomi Drachm. unam, et colari.

DECOCTUM (SEMINIS) CANNABIS Wollkopf, — fit Sem. Cannabis cont. Unc. unam cum Aquae vel Lactis Sesquilibra ad Libram unam coquendo et colando.

DECOCTUM CAPILLORUM VENERIS Mesue. — Constat ex Hb. Capill. Vener. Unc. una semis, Fumar., Lupuli, Violar. āā Unc. una, Prunis Damasc. Nro. quadraginta, Sebest. Nro. decem, Jujub. Nro. viginti, Cass. fistul. Drachm. tribus, Tamarind. Unc. duabus et Rhabarb. Drachm. tribus, quae species asservandae.

DECOCTUM CARBONATIS POTASSAE ABSINTHII v. Decoctum febrifugum salsum.

DECOCTUM CARICARUM seu Ficuum, Tisana de Fructibus pectoralibus Cadet, — fit Caric. sicc. Unc. unam cum Aq. Libr. una sufficienter coquendo et colando.

DECOCTUM CARICIS ARENARIAE seu antiherpeticum Heimii.

Rec. Rad. Caric. aren. Unc. semis, Rad. Liquir. Drachm. semis, Cort. Ulmi Scrup. duos, Coque cum Aquae font. q. s ad colat. Mensur. unius et adde Salis Carol. Drachm. unam, Sal. Sodae Drachm. semis. M.

DECOCTUM CARMINATIVUM Ph. Augustanae. — Constat ex Sem. Anisi, Foenic., Dauci, Cumini, Carvi āā Drachm. duabus,

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0245-2
DFG

Rad. Liquir. Unc. semis, Flor. Chamom. Man. semis et Passul. Unc. una semis, quae Species l. a. inc. et cont. ad usum asservandae. — Disp. Viennens. formula cum hac congruit.

DECOCTUM CARMINATIVUM EMOLLIENS seu Malvarum carminativum Ph. Hispan., — fit leviter ebulliendo in Decocti Rad. Althaeae emoll. Libr. una, Sem. Anisi cont. Drachm. unam et Flor. Chamom. Drachm. duas, et colando.

DECOCTUM CARMINATIVUM PRO CLYSTERE Ferrarini.

Rec. Sem. Anisi, Dauci, Cumini, Foenic. āā Drachm. tres, Rad. Liquir., Hb. Absinth. āā Unc. semis, Passul. maj. Unc. unam semis, Flor. Chamom. Drachm. duas, Aq. commun. Libr. duas. Coque ad quartae Partis consumtionem, et cola.

DECOCTUM E CARNE GALLINACEA seu Jus adstringens Cadet cet.

Rec. Rad. Consolid. maj., Torment. et Bistort. āā Unc. semis, Juris Carnis Pulli gallinac. Sesquioctarium. Decoque ad Dimidii remanentiam. Dulcificatur pro lubitu Syrupo Cydoniorum aut Consolidae.

DECOCTUM CUM CARNE PECTORALI seu Jus pectorale Cadet.

Rec. Lich. Island. Unc. semis, Helices (pomatias) albas Nro. sex, Cordis vervecini Part. dimidiam, Pulmon. vitul. conc. Unc. quatuor, Aquae Sesquioctarium. Coquendo Partem tertiam consume.

DECOCTUM CARNIS seu Jusculum antispasmodicum Bories.

Rec. Carnis vitul. macrae Unc. sex, Rad. Valer. et Paeon. āā Drachm. unam, Hb. Cichor. et Lactuc. āā Man. semis, Aquae q. s. Coque et colat. refrigerat. adde Pulv. Fol. Aurant. Drachm. semis, Naphth. Vitrioli Gutt. decem.

DECOCTUM CARNIS APERIENS seu aperitivum Bories, Cadet cet.

Rec. Carnis Colli vervec. Unc. quatuor, Rad. Saponar. Drachm. semis, Rub. tinct. Drachm. duas, Hb. Cichor. amar. Man. unum, Aquae Sesquioctarium. Coquendo tertiam Partem consume. Sumatur ad tassam unam Terrae fol. Tartar. Scrup. unus, qui admisceatur et gradatim augeatur quantitate.

DECOCTUM CARNIS DEPURANS seu Brodium depurativum Pierquin.

Rec. Brodii gallinac. Octar. unum, Rad. Patient. Unc. duas. Coque per 8 sexagesimas et sub finem adde Hb. Nasturt., Meliss. et Primul. Veris āā Man. unum Cola et adde Sal. mirab. Glaub. Unc. duas.

DECOCTUM CARNIS seu purificans Pierquin.

Rec. Carn. vervec. (Collet) Unc. quatuor, Rad. Enulae Drachm. semis, Hydrolapathi Drachm. unam, Cancros cont. Nro. duos, Hb. Cichor., Fumar., Nasturt. āā Man. unum. Coque in s. q. Aquae, et cola.

DECOCTUM CARYOPHYLLATAE Brugnatelli. — Fit coquendo Rad. Caryophyllat. Unc. unam in Aquae Libr. una semis ad tertiae Partis consumtionem et addendo colaturae Syr. Cort. Aurant. Unc. semis. — Wollkopf Rad. Caryophyllat. Unc. unam cum Aquae Sesquilibra ad Dimidium coqui et colaturae addi praescribit Liq. anod. Hoffm. Drachm. duas et Syr. cujuslibet Unc. unam.

DECOCTUM (RADICIS) CARYOPHYLLATAE seu Gei urbani AETHEREUM Ph. Danic. milit. — Fit admiscendo Decocto Caryophyllat. ex Unc. una Radicis cum Aquae Libr. una ad colat. Unc. octo parato, Naphthae Vitrioli Drachm. duas.

DECOCTUM CARYOPHYLLATAE CUM CASCARILLA Ph. milit. Danic. — Paratur uti praecedens aethereum, admiscendo autem Rad. Caryophyllat. Cort. Cascarill. Drachm. duas; ceterum ut supra.

DECOCTUM CARYOPHYLLATAE CUM RHEO Ph. milit. Danic. — Fit addendo Decocto Caryophyllat. aether. descripto Tinct. Rhabarbarb. aquos. Unc. semis.

DECOCTUM CASSIAE seu Cassiae fistulae Ph. Gallic.

Rec. Medullae (Pulp. interior.) Cassiae Unc. duas. Bulliant per aliquot horae sexagesimas in Aquae Libr. duabus. Cola sine expressione et adde Syr. Violar. vel, si praestare visum fuerit, Mannae puriss. Unc. duas. — Richard Pulp. Cass. Unc. duas per 5 sexagesimas cum Aq. font. Libr. duabus coqui et colato sine erpressione addi praescribit Syr. Violar. et Flor. Aurant. āā Unc. unam. — Taddei formula cum hac congruit, admisceatur etiam, si necesse, Manna.

DECOCTUM CASSIAE CUM MANNA sive Cassia cum Manna Richard sec. Spielmannum. — Fit dissolvendo Medullae Cassiae Unc. semis, Salis vegetabil. Drachm. unam semis et Mannae Unc. duas in Aq. bullient. Unc. quinque, et colando. (V. etiam Decoctum refrigerans et leviter purgans.)

DECOCTUM CATECHU Ph. Herbipolit.

Rec. Catechu puriss. Unc. semis. Coque cum s. q. Aquae, sub finem adde Hb. Salv. Unc. semis. Colat. Libr. duabus admisce Aq. Cinnam. vin., Syr. Diacod. āā Unc. unam semis. — Ph. Genevens. Catechu Drachm. tres in Aquae Libr. duabus ad remanent. unius coqui et colaturae addi praescribit Syr. Cydonior. Unc. tres. — Ph. Lusit. Catechu Drachm. tres cum Aquae Unc. sedecim ad duodecim coqui et liquori refrigerato addi praescribit Spir. Cinnam. Unc. duas. — Ratier Catechu Drachm. duas cum Aquae Libr. duabus per 1/4 horae coqui et quolibet Syrupo dulce reddi proponit.

DECOCTUM CATECHU COMPOSITUM Fulleri.

Rec. Rasur. Ligni Guajac. et Sassafr. āā Drachm. tres, Lign. Santal. citr. et rubr. āā Drachm. duas, Catechu Unc. semis, Rad. Liquir. Unc. unam, Hb. Salv. Man. unum. In Aquae hordeat. Libr. tribus sufficienter coque, cola et adde Syr. pectoral. Unc. duas, Ol. Anisi Gutt. unam.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0246-8
DFG

DECOCTUM CATHOLICUM Ph. Sardoae.

Rec. Rad. Gramin. Unc. unam semis, Sassapar. Unc. unam. Coque cum Aquae font. Libr. quatuor ad Dimidium, sub finem adde Hb. Cichor., Agrimon., Beton., Capill. Vener. Monsp., Pimpin. alb. āā Man. semis. Cola et admisce colaturae Infusi ex Fol. Senn., Cuscut. āā Unc. semis, Rad. Liquir. Drachm. duabus, Sem. Anisi Drachm. una cum Aq. bullient. Unc. sex per aliquot horas maceratione facti.

DECOCTUM CENTAURII MINORIS Ratier. — Fit leviter coquendo Summit. Centaur. min. Drachm. duas cum Aq. Libr. duabus, et colando.

DECOCTUM CERASORUM ACIDORUM Ph. Batav. — Fit coquendo Ceras. acid. sicc. Unc. quatuor cum Aq. font. Libr. quatuor ad quartae Partis consumtionem. (V. etiam Potio.)

DECOCTUM CEPHALICUM Fulleri.

Rec. Ligni Guajac., Sassafr. āā Drachm. duas, Rad. Paeon. Unc. unam, Hb. Salv., Majoran., Beton., Flor. Stoechad. Arab. āā Man. parvum. Coque sufficienter cum Aq. Libr. tribus, cola et adde Aq. et Syr. Paeon. āā Unc. duas, Tinct. Castor. Drachm. duas, Ol. Anthos et Nuc. Moschat. āā Gutt. duas, Sacch. alb. Unc. unam.

DECOCTUM CHAMAEDRYOS AMARUM Ph. Hispan.

Rec. Summit. Chamaedr. Unc. semis, Absinth. et Centaur. min. āā Drachm. duas, Aquae Libr. quatuor. Coque ad Dimidias addens sub finem Flor. Chamom. Drachm. duas, Fol. Sennae Hispan. Unc. unam semis. Cola ad usum.

DECOCTUM CHAMAEPITHYOS COMPOSITUM Fulleri. — Fit Hb. Chamaepith. Man. duos, Flor. Stoechad. Unc. duas, Rad. Paeon. Unc. unam cum Aq. Libr. tribus ad duas coquendo et addendo colaturae Spir. Cochlear. et Lavend. āā Drachm. unam.

DECOCTUM CHAMAEMELI COMPOSITUM Ph. Dublin. — Fit Flor. Chamom. Rom. Unc. semis, Sem. Foenic. Drachm. duas cum Aquae Octario uno brevi tempore coquendo et colando. — Coxe Hb. Absinth. vulg. et Pontic., Flor. Chamom. āā Unc. unam, Fol. Lauri Unc. semis cum Aquae Octariis sex leviter coqui, tunc colari proponit.

DECOCTUM CHAMOMILLAE, Chamaemeli seu Anthemidis nobilis, sive Decoctum commune Ph. Edinburg.

Rec. Flor. Chamom. Rom. sicc. Unc. unam, Sem. Carvi cont. Unc. semis, Aquae Libr. quinque. Coque per quartam horae partem, et cola.

## DECOCTUM CHINAE GRISEAE seu fuscae, Decoctum Cinchonae seu Corticis Peruviani. Chinaabkochung. *Decoction de Quinquina.*

— Fit Chinae Huanuco gross. pulv. Unc. unam cum Aquae Unc. decem in balneo Mariae per horam calefaciendo, uti supra in parandis Decoctis (p. 214.) edoctum est, et colando. — Pari modo paratur

DECOCTUM CHINAE REGIAE et CHINAE RUBRAE.

Praescriptiones ad parandum Decoctum Chinae ratione Partium discedunt. — Sic Ph. nosocom. civ. Argent. Cort. Chin. Unc. semis cum s. q. Aquae ad colat. Unc. quatuor coqui, — Ph. castr. Borussic. Unc. unam Chinae cum Aq. Libr. una ad octo Uncias colaturae coqui, — Ph. Hamburg. p. paup. et Hufeland sedecim Aquae Uncias praescribunt, ceterum cum hac formula congruunt. — Cerutti Unc. semis Chinae cum Aquae Unc. duodecim ad sex coqui et colari praescribit. — Ph. Suecica Unc. unam Chinae et sedecim Aquae praescribit, quacum per semihoram in vase clauso coqui, tunc adhuc calens colari. — Ph. Amer., Lond. et Dubl. sextam horae partem coqui praescribunt, ceterum cum hac formula congruunt, — uti et Ph. Edinb., nisi quod Libr. unam semis Aquae praescribit. — Disp. Fuldens. Cort. Chin. Unc. unam et Aquae Libr. unam praescribit, quacum ad quartae Partis consumtionem coqui. — Ph. Batava et Belgica ad Unc. duas Chinae fuscae Aquae Unc. viginti quatuor praescribunt, quibuscum per horae quadrantem coqui, ut fiant colaturae Unc. sedecim; — ad Decoctum Chinae rubrae duas Chinae, triginta duas Aquae et ad viginti Uncias colaturae coqui praescribunt. — Ph. Ticinens. Chinae Drachm. sex cum Aquae Libr. una ad Unc. novem coqui et colari praescribit. — Marcus Chinae fusc. Unc. unam cum Aquae fluv. Unc. sedecim ad octo coqui et colat. expr. addi praescribit Syr. Cort. Aurant. Unc. unam. — Alias praescriptiones ad Decoctum simplex praetereamus. — Plures formulae magis compositae sunt, v. g.

DECOCTUM CHINAE seu tonicum chinatum Ph. Genev.

Rec. Chinae Unc. duas, Aquae Libr. quatuor. Ebullitione ad Libr. duas redige, sub finem addens Rad. Liquir. rasp. Unc. unam. Cola.

DECOCTUM CHINAE sec. Richard.

Rec. Cort. Chin. cont. Unc. unam. Coque per 5 sexagesimas in vase clauso Aq. commun. Libr. duabus. Sub finem coctionis adde Sal. Ammon. Gran. viginti. Cola cum express. et adde (tempore apto) Syr. Cort. Peruv. Unc. semis.

DECOCTUM CHINAE sec. Vogt.

Rec. Cort. Chin. reg. Unc. unam, Cinnam. Drachm. tres. Grosse pulv. coque cum Aq. font. Unc. quindecim ad reman. Unc. decem. In colat. solve Sal. Ammon. dep., Succ. Liquir. dep., Liq. anod. Hoffm. āā Drachm. duas.

DECOCTUM CHINAE ACIDUM Ph. milit. Danicae.

Rec. Chinae cont. Unc. unam, Hb. Absinth. Unc. duas, Aquae Unc. triginta sex. Ebullitione ad Unc. viginti redacta, cola cum express. et adde Elix. Vitrioli Mynsichti Drachm. duas. M.

DECOCTUM CHINAE ACIDUM Vogt.

Rec. Cort. Peruv. fusc., Rad. Caryophyllat. āā Unc. semis. Ruditer contusa coque cum Aquae font. s. q. per dimidiam horam. Cola·



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0247-4

turae Unc. quinque adde Tinct. arom. acid. Unc. semis, Naphth. Vitrioli Drachm. unam, Syr. Rubi idaei Unc. unam semis.

DECOCTUM CHINAE seu Kinae alcalinum Disp. des bureaux de Charité de Paris. — Fit coquendo Chin. Unc. unam in Aquae Pintis duabus additis Ciner. clavellat. depurat. Gran. triginta sex et Succi Liquir. Drachm. duabus aut Syr. Chin. Unc. duabus. (V. etiam Decoctum Chinae cum Potassa, et simplex.)

DECOCTUM CHINAE CUM ALUMINE Augustin.

Rec. Chinae cont. Unc. unam semis. Coq. cum Aquae Unc. viginti ad reman. Unc. decem. In colat. solve Alumin. Drachm. unam et adde Syr. Ribium Unc. unam.

DECOCTUM CHINAE seu QUINAE ANTISEPTICUM Ph. Hispanicae.

Rec. Rad. Viperin. conc. Unc. unam, Sem. Citri cont. Drachm. duas. Coque in Aq. Libr. sex ad Libr. quatuor. In colatura calente infunde per quadrihorium in vase clauso Chinae gross. pulv. Unc. duas, Rad. Contrajerv. tritae Unc. unam. Iterum cola et adde Mell. Sambuci Unc. tres.

DECOCTUM (Apozema) CHINAE seu Quinae ANTISEPTICUM sive febrifugum PURGANS Ph. Hispan. — Fit infundendo Fol. Senn. Unc. unam per quadrihorium in Decocti supra memorati et calentis absque Melle Sambuci Libr. quatuor et addendo colat. Mell. Sambuci et Syr. Rosar. pallidar. āā Unc. duas. — Bories et Pierquin Chinae, Follic. Sennae, Crem. Tart. āā Unc. semis et Flor. Chamom. Pug. duos cum Aq. Vitris duobus ad unum coqui praescribunt. — St. Marie Chinae, Crem. Tart. āā Unc. semis, Hb. Taraxaci Pug. unum cum Aq. bull. Vitr. tribus ad duos coqui suadet. (V. etiam Decoct. Chinae compositum et febrifugum laxans.)

DECOCTUM CHINAE CUM ARNICA Augustin.

Rec. Pulv. Chin. Unc. unam, Summit. Arnic. Unc. semis. Coq. cum Aq. font. Unc. viginti quatuor ad reman. Unc. duodecim, sub finem addens Pulv. Rad. Serpent. Drachm. tres. Colaturae adde Syr. Cort. Aurant. Unc. unam.

DECOCTUM CHINAE CUM RADICE CARYOPHYLLATAE ET OPIO Pharm. milit. Danic.

Rec. Chinae cont. Unc. unam. Coque cum Aquae Unc. sedecim ad Unc. decem, tunc adde Rad. Caryophyll. Unc. semis. In vase tecto ad Unc. octo colaturae redige, cui refrigeratae adde Mucil. Gumm. Arab. Unc. unam, Tinct. Opii spirit. Drachm. duas.

DECOCTUM CHINAE CUM CASCARILLA Ph. milit. Danic.

Rec. Chin. rubr. Unc. unam, Cort. Cascarill. Drachm. duas, Aquae Unc. duodecim. Coque ad Unc. octo, colatur. express. et refrig. adde Naphth. Vitrioli Drachm. duas.

DECOCTUM CHINAE seu Cinchonae CARDIACUM sive compositum v. Decoctum antifebrile.

DECOCTUM CHINAE CUM CHINA PULVERATA Ph. milit. Danic. — Fit admiscendo Decocto Chin., ex Unc. una cum Aq. Unc. sedecim ad colat. Unc. octo redacto, Pulv. Chin. alcoh. Drachm. duas, et post refrigerat. Naphth. Vitrioli Drachm. duas.

DECOCTUM CHINAE seu Kinae Kinae COMPOSITUM sive febrifugum laxans Ph. Gallicae.

Rec. Chinae elect cont. Unc. unam. Bulliant per ¼ horae in Aq. comm. Libr. duabus, ab igne remotis infundantur per semihoram Follicul. Senn., Sal. mirab. Glauberi āā Drachm. duae et Sal. Ammon. Gran. viginti. Cola cum expressione et adde colaturae Syr. de Pomis comp. Unc. unam. — Bories et Pierquin Chinae Unc. unam cum Aq. Libr. duabus suff. coqui et sub finem addi praescribunt Follicul. Sennae Drachm. unam, Hb. Borrag. et Bugloss. āā Man. semis, Salis Epsomens. Unc. semis, tunc colari et addi Syr. Violar. Unc. duas. (V. etiam Decoctum febrifugum laxans.)

DECOCTUM CHINAE FACTICIUM Hufelandi.

Rec. Cort. Salicis, Hippocast. āā Unc. semis, Rad. Calam. arom., Caryophyllat. āā Drachm. duas, Aquae Unc. sedecim. Coque ad Unc. octo remanentiam.

DECOCTUM CHINAE CUM LICHENE Marcus. — Fit Chin. fusc. Unc. semis in Aq. Unc. sedecim ad octo coquendo, sub finem addendo Lich. Island. Unc. semis, colando et admiscendo Syr. opiati Unc. unam. (V. etiam Decoctum antiperiodicum et pectorale.)

DECOCTUM CHINAE NITRATUM v. Decoctum febrifugum.

DECOCTUM CHINAE CHINAE OPIATUM Brera. — Fit admiscendo Decocti Chin. saturat. Unciis sex Laudan. liq. Sydenh. Gutt. viginti.

DECOCTUM CHINAE CUM POTASSA Ferrarini. — Fit coquendo Chinae cont. Unc. unam et Sal. Tartar. Drachm. unam cum Aquae Unc. octo ad Unc. sex reman. et post tres horas infusionis calidae colando. (V. etiam Decoctum Chinae alcalinum.)

DECOCTUM CHINAE CUM RHEO Ph. milit. Danic.

Rec. Chinae cont. Unc. unam, Rad. Rhabarb. Drachm. unam, Aquae Unc. sedecim. Coque ad Dimidias et colaturae refrig. admisce Naphth. Vitrioli Drachm. duas.

DECOCTUM CHINAE SATURATUM. — Pari modo ac Decoctum Chinae griseae cet. paratur, Unc. unius loco Sesquiunciam Chinae sumendo.

DECOCTUM CHINAE SATURATUM Augustin. — Fit solvendo in Decocti Chinae Unc. octo, Extr. Chin. frig. parati Unc. semis.

DECOCTUM CHINAE CUM SENEGA Ph. milit. Danic. — Pari modo ac Decoctum Chinae cum Rheo paratur, Rad. Rhabarb. loco Rad. Senegae Drachm. duas sumendo.

DECOCTUM CHINAE CUM SERPENTARIA Augustin.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0248-0
DFG

Rec. Pulv. Chinae opt. Unc. unam. Coq. cum Aq. Unc. sedecim ad reman. Unc. octo, sub finem addens Pulv. Rad. Serpentar. et Valer. āā Drachm. duas; post digestionem cola et refriger. adde Liq. anod. Hoffm. Drachm. semis (ad integram). V. etiam Decocto-Infusum et Decoctum antifebrile.

DECOCTUM CHINAE seu Kinae Kinae SIMPLEX sive alcalinum Ph. Gallic.

Rec. Chinae fusc. el. et cont. Unc. unam. Bulliant per horae sexagesimas in vase cooperto in Aq. comm. Libr. duabus, sub finem adde Sal. Ammon. Gran. viginti vel Ciner. clavell. dep. Drachm. semis. Cola cum expressione et adde, si libuerit, Syr. Chinae Unc. semis. — Rennie Sal. Ammon. Gran. quindecim, vel Ciner. clavell. Drachm. semis praescribit et Syr. Unc. unam; cetera ut antea. (V. etiam Decoctum Chinae alcalinum.)

DECOCTUM CHINAE CUM VALERIANA Ph. milit. Danic. — Uti Decoctum Chinae cum Senega paratur, Senegae loco Rad Valerianae sumendo. — In alia formula Decocti Chinae Unc. octo, Pulv. Rad. Valer. Drachm. duas admisceri praescribit. — Ellis Chinae Unc. unam in Octario uno Aquae per 10 sexagesimas coqui et Rad. Valer. tantundem in Octario uno infundi praescribit, postea colaturas ambas commisceri. — Swediaur Chinae Unc. tres in Aquae Libr. duabus per horae quadrantem coqui et sub finem addi praescribit Rad. Valerian. Unc. unam; post digestionem per horam colari et addi Tinct. Lavend. comp. Unc. unam. (V. etiam Decocto-Infusum.)

DECOCTUM CHINAE RADICIS Ratier. — Fit Rad. Chinae Unc. unam in Aq. Libr. duabus sufficienter coquendo. — Swediaur Rad. Chinae et Passul. min. āā Unc. unam cum Aq. Libr. sex ad quartae Part. consumtionem coqui, tunc colari praescribit.

DECOCTUM CICHORII Formul. des hopit. milit. de France.

Rec. Rad. Cichor. sicc. Unc. unam, Aquae q. s. Coque per ½ horae ad Unc. viginti quatuor colaturae, sub finem addens Rad. Liquir. Drachm. duas. (V. etiam Ptisana.)

DECOCTUM CINAE v. Decoctum Santonicum.

DECOCTUM CINCHONAE = Decoctum Chinae.

DECOCTUM CITRI Mynsichti.

Rec. Citrea cum Corticibus Nro. tria ad quinque. In taleolas tenues et rotundas secta coquantur Aq. font. Unc. duabus et sexaginta ad consumtionem Trientis. Colatura dissolvantur Sacchar. albiss. Unc. quatuor. — Disp. Viennens. ex quatuor Citreis defricando Elaeosaccharum Unc. quatuor parari praescribit, quae Aquae bull. Libr. sex per aliquot horas infundendae et post refrigerationem cum Succo ex Citris erpresso commiscendae.

DECOCTUM PRO CLYSTERE Lewis. — Fit Flor. Papav. errat. Unc. unam, Chamom., Sem. Foenic. āā Unc. semis cum Aquae Octario l. a. coquendo et colando.

DECOCTUM (Apozema) COCHLEARIAE ARMORACIAE COMPOSITUM v. Decoctum antiscorbuticum.

DECOCTUM COLLAE PISCIUM seu Ichthyocollae Ph. Bavaric. — Fit Collae Piscium minutim conc. Part. unam cum Aq dest. Part. centum et viginti coquendo et colando. —Ph. Hassiae. El. Drachm. unam cum Aquae Unc. sedecim ad Unc. octo coqui et colatur. addi praescribit Spir. Vini rectificatiss. Unc. unam. — Ut reagens inservit praecipue in Tanninum.

DECOCTUM COLUMBO Ph. Batav. — Fit Rad. Columbo Unc. semis in Aquae font. Unc. decem ad colat. Unc. sex coquendo et colando.

DECOCTUM COLUMBO COMPOSITUM.

Rec. Rad. Columb., Ligni Quass. rasp. āā Drachm. duas, Cort. Aurant. Drachm. unam, Rad. Rhabarb. Scrup. unum, Ciner. clavell. dep. Drachm. semis, Aquae Unc. viginti. Coque ad Octarii unius remanentiam.

DECOCTUM COLOCYNTHIDIS Augustin.

Rec. Colocynth. Drachm. duas. Ebulliant per 6 sexagesimas cum Aq. q. s.; colat. Libr. unius adde Liq. anod. Hoffm. Drachm. duas, Syr. Cort. Aurant. Unc. duas.

DECOCTUM COMMUNE sive Ptisana communis Parisiensium, Decoctum Hordei Suecorum sec. Spielmannum et Reuss.

Rec. Hordei dep. Unc. duas, Rad. Gramin. inc. Unc. unam. Coque ex Aq. font. Unc. centum octo et viginti ad nonaginta sex remanent., sub finem addens Rad. Liquir. inc. Unc. semis; coletur. — Ph. nosocom. civ. Argentor. Rad. Gramin. Libr. quatuor, Polypod. Libr. semis, Hordei crudi Libr. unam cum Aquae Libr. quingentis ad remanent. quadringentas coqui, sub finem addi praescribit Rad. Liquir. Libr. unam semis et Sem. Anisi Unc. tres, tunc colari. — Ph. Ticinensis sub hoc nomine Decoctum Hordei excorticati simplex intelligit.

DECOCTUM COMMUNE Lewis. — Fit Flor. Chamom. Unc. unam, Sambuci et Foenic. āā Unc. semis cum Aquae Octar. quatuor paulisper coquendo et colando. (V. etiam Decoctum Chamomillae.)

DECOCTUM COMMUNE Valerii Cordi cet.

Rec. Hordei mund. integri Unc. quatuor, Prun. sicc. Nro. duodecim, Rad. Liquir. mund., Tamarind. enucl., Passul. āā Unc. semis, Sem. Anisi et Foenic. āā Drachm. tres, Aquae font. Libr. quatuor. Coque l. a.; addi potest post decoctionem tantillum Tartari.

DECOCTUM COMMUNE RESOLVENS — est Decoctum Graminis.

DECOCTUM COMMUNE CUM FOLIIS SENNAE. — Fit addendo Speciebus supra sec. Valer. Cord. designatis Fol. Sennae Unc. duas; ceterum uti supra.

DECOCTUM CONFORTANS ET ROBORANS Hoffmanni, in Peste et Febribus malignis.

Rec. Rad. Angelic., Valer., Tormentill., Petasitid. āā Unc. unam, Hb. Galeg., Card.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0249-8
DFG

bened. āā Man. unum, Sem. Angelic., Meliss. āā Drachm. duas, Sem. Citri Drachm. unam. Coque in s. q. Aquae ad colat. Unc. decem, in qua infunde Conservae Acetosae, Citri, Galegae, Scordii āā Drachm. sex. Stent per noctem, mane ebulliant et colat. adde Elix. pestilent. Crollii Drachm. unam. (Alias pristinas formulas praetereamus.)

DECOCTUM CONII Delpech sec. Richard.
Rec. Herb. rec. Conii macul. Unc. unam. Conc., cont. coq. cum Aq. font. Libr. quatuor ad remanent. Libr. duarum et Unciar. octo. Cola.

DECOCTUM RADICIS CONSOLIDAE Pharmac. Batav. — Fit coquendo Rad. Consolid. maj. Unc. semis cum Aq. Unc. sedecim ad Dimidium. — Ratier Radicis Unc. unam et Aquae Libr. duas praescribit. — Formul. des hopit. milit. de France Rad. Consol. Unc. semis cum s. q. Aquae ad Libr. duarum remanentiam coqui, et sub finem addi praescribit Rad. Liquir. rasp. Drachm. duas, tunc colari.

DECOCTUM (Apozema) CONTRASTIMULANS Laennec. — Mixtura est ex Tartari emetici Gran. sex, Infusi Fol. Aurant. Libr. una et Syr. simpl. Unc. duabus.

DECOCTUM CORALLINAE CORSICANAE v. Decoctum Helminthochorti.

DECOCTUM (CORTICIS) CORNI FLORIDAE Ph. American. — Fit Cort. Rad. Unc. unam cum Aquae Octario uno per sextam horae partem leviter in vase clauso coquendo et liquorem adhuc calentem colando. — Ellis formula cum hac congruit. — Ph. Batav. Cort. Rad. Corni Florid., Ligni Sassafr. āā Unc. sex, cum Aq. Libr. octo sufficienter coqui praescribit.

DECOCTUM CORNU CERVI Disp. Brandenb. — Fit coquendo Rasur. Cornu Cervi Unc. unam in s. q. Aquae ad colat. Libr. duarum. (V. etiam Decoctum album, Potus et Ptisana.)

DECOCTUM CORNU CERVI CITRATUM Mynsichti sec. Spielmannum. — Uti Decoctum Citri paratur; Aquae fontanae loco Decoctum Cornu Cervi sumendum. — Ph. Helvetic. Hordei opt. et Rasur. Cornu Cervi āā Unc. unam cum s. q. Aquae ad Libr. quatuor colaturae coqui praescribit, quae Pomo Citri uno in taleolas secto infundendae et cum Sacch. albi Unc. duabus edulcorandae. (V. etiam Aqua [p. 62.], Decoctum Hordei citratum et ex Myrtillis.)

DECOCTUM CORNU CERVI COMPOSITUM, GUMMOSUM, CUM MICA PANIS, Sydenhami cet. v. Decoctum album.

DECOCTUM CORNU CERVI CUM RADICE SCORZONERAE Disp. Brandenb. — Fit coquendo Rasur. Corn. Cervi Unc. semis et Rad. Scorzoner. Unc. unam in s. q. Aquae ad colaturam Libr. trium.

DECOCTUM CORTICIS ADSTRINGENTIS Merrem. — Fit Cortic. cont. Unc. unam in Aq. Unc. sedecim ad colat. Unc. octo coquendo et addendo Syr. cujuslibet Unc. unam.

DECOCTUM CORTICIS MEZEREI, PERUVIANI cet. v. quaeque nomina plantas indicantia.

DECOCTUM CRETACEUM EDINBURG. sec. Lewis.
Rec. Cretae ppt. Unc. unam, Nuc. Moschat. Drachm. unam, Gummi Arab. Drachm. duas, Sacch. albi Unc. semis, Aqua Octar. tres. Coque Cretam et Gummi cum Aquae ad Octarios duos, tunc adde Nuc. Mosch. et denique Saccharum.

DECOCTUM CRYSTALLORUM TARTARI v. Decoctum Tartari.

† DECOCTUM CUCUMERUM CUM EXTRACTO NUCIS VOMICAE Hendelii sec. Augustin, Lebrecht cet.
Rec. Extr. Nuc. Vomic. Drachm. semis, Decocti Cucumer. Unc. sex, Olei Lini, Vitello Ovi subacti, Unc. unam, Mellis puri Unc. semis. M.

DECOCTUM CYDONIAE Ph. Londin.
Rec. Sem. Cydonior. Drachm. duas, Aquae Octar. unum. Coque lento igne per sextam horae partem, deinde cola. (V. etiam Mucilago.)

DECOCTUM CYNAE v. Decoctum Seminis Santonici.

DECOCTUM DAPHNES MEZEREI v. Decoctum Mezerei.

DECOCTUM DATURAE v. Decoctum Stramonii.

DECOCTUM (Apozema) DEPURANS ET DIURETICUM Pierquin.
Rec. Rad. Asparag., Petrosel., Rusci, Bryoniae āā Unc. unam, Cort. Rad. Capparid., Cort. med. Tamarisci āā Unc. semis, Hb. Agrimon., Ceterach, Capillor. Vener., Artemis., Matricar. āā Man. unum. Fiat cum s. q. Aquae Decoctum colat. Libr. trium, quibus adde Troch. Agaric. Drachm. duas, Rad. Zingib., Caryophyll. arom. āā Scrup. duos, Syr. Cichor. cum Rheo Unc. tres.

DECOCTUM (Apozema) DEPURANS ET TONICUM Pierquin.
Rec. Rad. Patient. Unc. unam, Fragar. Unc. semis, Enulae Drachm. unam, Hb. Cichor., Chaerefol. et Nasturt. āā Man. unum. Coque cum s. q. Aquae ad Unc. octo colat. et adde Sal. mirab. Glauberi Drachm. unam, Syr. Cichor. comp. Unc. unam.

DECOCTUM DIAETETICUM Sydenhami Ph. Helvet.
Rec. Rad. Sassaparill. Unc. sex, Lign. Sassafras, Rad. Chinae āā Unc. duas, Rad. Liquirit. Unc. unam. Coque in Cong. duobus (Mensuris sex) Aq. font. per dimidiam horam, deinde stent clauso vase super cineres calidos per horas duodecim. Postea ebulliant ad tertiae Partis consumtionem. Cum primum ab igne removetur, infunde Sem. Anisi Unc. semis. Post duas horas colentur, et postea depurentur per residentiam. Liquor clarus reponatur in lagenis vitreis clausis ad usum.

DECOCTUM DIAPHORETICUM Gray. — Mixtura est Decocti Chin. Drachm. decem,

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0250-9 DFG

Spirit. Mindereri et Tinct. Chinae āā Drachm. duarum et Confect. aromat. Drachm. semis.

DECOCTUM DIAPHORETICUM Brera.

Rec. Cort. Ulmi inter. Unc. duas, Rad. Lapath. acuti Unc. unam. Coq. in s. q. Aquae font. ad colat. Libr. trium. — Alia formula: Rec. Rasur. Lign. Guajaci, Rad. Bardan. inc. āā Unc. duas. Coque in s. q. Aquae et colat. Libr. duarum adde Syr. simpl. Unc. unam. — Aliud praeceptum: Rec. Rad. Chin. rasp. Drachm. tres, Lign. Guajaci rasp. et Stip. Dulcamar. āā Drachm. duas. M., et f. Decoctum ad Libr. unam. — Taddei Spec. diaphoretic. Unc. unam cum Aquae Sesquilibra ad tertiae Partis consumtionem coqui et sub finem addi praescribit Rad. Liquir. Drachm. unam et Cardamom. Drachm. semis, postea colari. (V. etiam Decoctum Dulcamarae, Guajaci compositum et Lignorum.)

DECOCTUM DIAPHORETICUM INCITANS seu Ptisana diaphoretica excitans Brera.

Rec. Rad. Sassapar., Lign. Guajac. āā Drachm. tres, Stip. Dulcamar., Sem. Foenic. āā Drachm. duas, Aquae q. s. ad Decocti Libr. unam.

DECOCTUM DIGITALIS Bate. — Fit coquendo Hb. Digit. rec. Unc. quatuor, Passul. min. cont. Unc. duas cum Cerevis. non lupulat. Libr. duabus ad Dimidias, et colando cum forti expressione.

DECOCTUM DIGITALIS Ph. Dublin. — Fit coquendo Hb. Digit. sicc. Drachm. unam cum s. q. Aquae per temporis momentum, deinde digerendo per ¼ horae, ut fiant colaturae Fluidunciae octo.

DECOCTUM DIGITALIS Harlessii. — Fit Hb. Digital. Drachm. unam ad Sesquidrachm. et Cort. Cascarill. vel Ligni Quass. Unc. semis cum Aquae Unc. decem ad duodecim ad reman. Unc. sex ad octo coquendo et colando. Secundum indicationes addi potest Spirit. Mindereri vel Extr. Squillae et edulcorari Syrupo.

DECOCTUM DIGITALIS Lentini sec. Augustin.

Rec. Hb. Digit. purp. sicc. Unc. unam. Coque in Aq. font. Libr. una semis ad colat. Unc. octo, cui adde Spir. Vini Drachm. semis. — Hujus Decocti Unciae uni adde Aq. Menth. pip. et Petrosel. āā Unc. duas. — Alii ad Decoctum Digitalis Lentini seu Tincturam Digitalis aquosam ex Hb. Digital. purp. Unc. una cum s. q. Aquae Decocto-infusum parant colat. Unc. octo, quibus addunt Spir. Vini rect. Unc. semis. — Van Mons Hb. Digital. Part. unam cum Aquae Part. triginta ad viginti quatuor coqui praescribit et colaturae refrigeratae addi Spir. Vini simpl. Part. quatuor.

DECOCTUM DIGITALIS Schlegeli. — Fit Hb. Digital. Unc. duas cum Aquae Unc. sedecim ad Dimidias coquendo.

DECOCTUM DIGITALIS Warren sec. Augustin.

Rec. Hb. Digit. purp. rec. Unc. tres. Coque cum Aquae font. Libr. una semis ad colat. Unc. novem, quibus adde Aquae Juniper. et Syr. Cort. Aurant. āā Unc. unam semis. (V. etiam Potio diuretica.)

DECOCTUM DIOSMAE CRENATAE seu Foliorum Buccu sec. Clarus. — Fit coquendo Fol. Buccu Unc. unam in s. q. Aquae, ut colatura Unc. octo obtineatur.

DECOCTUM DIURETICUM Ph. nosoc. Argentor. — Fit Spec. diuretic. Unc. unam cum Aquae Libr. tribus ad duas coquendo et colando.

DECOCTUM DIURETICUM Augenii.

Rec. Rad. Apii, Petrosel. āā Man. unum, Rad. Rubiae tinct. Unc. semis, Spicae, Adianti, Cuscut., Agrimon., Cicer. rubr. āā Man. semis, Rad. Asari Unc. unam, Calam. arom. Unc. semis, Sem. Anisi, Apii, Petrosel., Foenugraec., Dauci, Carvi āā Drachm. duas, Sem. Melon. et Cucum. āā Drachm. tres. Coque in Aq. font. Libr. sex ad consumtionem Libr. duarum; colatur. adde Sacchari q. s.

DECOCTUM DIURETICUM Fouquier.

Rec. Rad. Enulae Drachm. tres. Coque ex Aquae Unc. octo ad colat. Unc. quatuor, adde Tinct. Digital. purp. Drachm. duas, Tinct. kalin. Gutt. duodeviginti, Syr. Cort. Aurant. Unc. unam.

DECOCTUM DIURETICUM Ph. Hamburg. p. paup.

Rec. Rad. Seneg. inc. Unc. semis, Squillae Scrup. unum. Coque cum Aq. font. Unc. duodecim ad reman. Unc. octo. Colat. adde Spir. Nitri dulc. Drachm. duas, Tinct. Thebaic. Scrup duos, Mell. Liquir. Unc. unam. — Va Rad. Seneg. et Bacc. Junip. cont. āā Unc. semis cum Aquae Sesquilibra per semihoram coqui et colaturae addi praescribit Syr. simpl. Unc. duas, Vini albi Unc. octo.

DECOCTUM DIURETICUM Harless.

Rec. Hb. Digit. Drachm. unam semis, Cort. Cascarill. Unc. semis. Coque ex Aq. Unc. decem ad colat. Unc. sex, adde Liq. Ammon. acet. Unc. semis, Syr. Alth. Unc. unam. (V. etiam Decoctum Digitalis.)

DECOCTUM DIURETICUM Hufelandi sec. Van Mons.

Rec. Rad. Squill. Drachm. semis, Aquae Unc. sex. Ebulliant semel et ab igne remotis infunde Rad. Valer. Drachm. duas, cola leviter exprimendo et post refrigerationem colaturam cum Pulv. Gummi Arab. et Resin. Guajac. nativ. āā Drachm. duabus sedulo contere, ut f. emulsio colore coerulescente, cui denuo colatae admisce Tinct. Antimon. acris et Spir. Nitri dulcis āā Drachm. duas. — Cadet Rad. Squillae Unc. semis in Aquae Unc. decem per 20 sexagesimas horae partes coqui et sub finem addi praescribit Rad. Valerian. Drachm. duas, colaturam commisceri cum Syr. Cort. Aurant. Unc. una, Mucil. Gumm. Arab. Drachm. tribus, Resin. Guajaci, Tinct. Antim. acris et Spir. Nitri dulc. āā Drachm. duabus et Laud. liq. Sydenh. Guttis viginti. — Sundelin Colocynthid. Drachm. duas ex Cerevisiae Unc. viginti quatuor ad colat. Unc. duodecim coqui praescribit.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0251-5

DECOCTUM DIURETICUM Lewis.

Rec. Rad. Petrosel. vel Foenic. Unc. unam, Sem. Dauci silv. Drachm. tres, Hb. Parietar. Unc. semis, Passul. Unc. duas. Coque cum Aquae Octar. tribus ad colat. Octar. duorum, in qua solve Nitri dep. Drachm. unam.

DECOCTUM (Apozema) DIURETICUM Pierquin et St. Marie.

Rec. Rad. Armorac. Drachm. duas ad quatuor, Bacc. Junip. Pug. semis, Hb. Marrub. Pug. magnum, Aquae bullient. Vitra tria magna. Stent in infusione inter cineres calidos per horam et post refrigerationem colentur. Cuique dosi admiscetur Cochlear unum miscellae ex aequalibus partibus Syr. Squillae et Senegae cum Vino albo facti, constans.

DECOCTUM DIURETICUM Richard.

Rec. Rad. Armorac. conc. Unc. semis, Bacc. Junip. cont. Drachm. duas. Infunde vase clauso Aquae bullient. Unc. duodecim. *Refrigerata* cola et adde Vini albi Unc. quatuor, Oxym. Squill. Unc. duas. — Aliud praeceptum: Rec. Rad. Asparag., Rusci acul., Eryng. camp. ãã Unc. semis. Coque per horas 4 Aquae comm. Libr. tribus. Sub finem coctionis adde Rad. Petrosel., Foenic. ãã Unc. duas. Colaturae adde Nitri dep. Gran. viginti, Syr. 5 Radicum aper. Unc. duas.—Vel: Rec. Rad. Petrosel. Unc. unam, Sem. Dauci, Hb. Parietar. ãã Unc. semis, Aq. font. Libr. quatuor. Coque ad reman. Libr. duarum. Colatis adde Nitri dep. Drachm. unam. — Richardi *formula antiqua sec.* Spielmannum: Rec. Rad. Petros., Foenic. ãã Unc. unam, Sem. Dauci silv., Bacc. Alkekengi ãã Unc. semis. Inc. cont. coquantur ex Aquae font. Unc. sexaginta ad residuas Unc. octo et quadraginta; sub finem adde Hb. Pariet. Man. unum, Passul. maj. inc. Unc. semis. Colatura dissolvantur Nitr. dep. Drachm. duae. — Ph. Lusit. antiq. Rad. Petros., Fragar., Asparag. ãã Drachm. duas cum Aquae Libr. una per aliquot temporis momenta coqui et in colatura solvi praescribit Cremor. Tartar. *Drachm.* duas, Borac. Scrup. semis.

DECOCTUM DIURETICUM Saunders.

Rec. Rasur. Ligni Guajac., *Lign.* Sassafr. ãã Unc. tres, Rad Liquir. conc. Unc. duas, Sem. Coriandr. Unc. semis, Aquae q. s., ut colaturae Octarii octo obtineantur.

DECOCTUM DIURETICUM ALCALINUM Swediaur.

Rec. Decocti Gramin. et Tarax. saturati Libr. tres, Sal. Sodae dep. Drachm. tres, Nitri dep. Drachm. unam semis, Mell. albi Unc. unam semis. M.

DECOCTUM DIURETICUM TONICUM sec. Formul. des hopit. mil. de France.

Rec. Rad. Pareirae brav. (Batuae) Unc. semis. Coque in Aquae Libr. una semis ad remanent. Libr. unius, sub finem addens Bacc. Junip. cont. Drachm. duas. In colat. solve Terrae fol. Tartar. Unc. semis.

DECOCTUM DULCAMARAE Ph. Americ. et Lond. cet. — Fit coquendo Stip. Dulcamar. Unc. unam in Aq. Unc. viginti quatuor (Sesquioctario) ad colat. Unc. sedecim (Octar. unum). — Ph. castrens. Borussica colaturae addi praescribit Syr. simpl. Unc. unam. — Ph. Genev. Stip. Dulcam. Unc. unam cum Aquae Libr. quatuor ad Dimidium coqui, — Ph. nosoc. civ. Argentor. Stipit. Unc. unam cum Aq. Libr. tribus ad duas coqui et colari praescribit. — Augustin sec. Hallenberg Drachm. duas Stipit. cum Aquae Libr. duabus ad Dimidium coqui praescribit. — Saunders Stipit. Unc. duas cum s. q. Aquae ad Libr. duas colaturae coqui, tunc addi praescribit Syr. Papav. Rhoead. et Oxym. simpl. ãã Unc. duas.

DECOCTUM DULCAMARAE CUM ALTHAEA Vogt.

Rec. Rad. Alth., Stip. Dulcamar. ãã Drachm. sex. Conc. coque cum Aq. font. s. q. per horam, colat. Unc. sex adde Aq. Lauro-Ceras., Elix. e *Succo* Liquir. ãã Unc. semis. M.

DECOCTUM DULCAMARAE COMPOSITUM Augustin, Lebrecht.

Rec. Stip. Dulcamar. Unc. semis, Rad. Liquir., Bardan., Ligni Sassafr., Guajaci ãã Drachm. duas. Coque cum Aq. font. Libr. duabus ad colat. Unc. sedecim.

DECOCTUM DYSENTERICUM Bate. — Fit coquendo trium Panum Corticem infer. in Aquae Libr. sex ad Libr. unam et infundendo per 2 horas Caryophyll. Drachm. duas, colando et addendo colaturae Vini clareti Libr. unam et Sacch. albi q. s.

DECOCTUM DYSENTERICUM Ph. Viennens. — Constat ex Rad. Torment. et Bistort. ãã Libr. semis, Rad. Liquir., Flor. Papav. errat., Mastich. el. ãã Unc. una, Nuc. Moschat. Unc. semis et Rasur. Cornu Cervi Unc. tribus, quae species ad usum asservandae.

DECOCTUM EDULCORANS v. Decoctum Sarsaparillae.

DECOCTUM EMETICO-CATHARTICUM Richard.

Rec. Sal. mirab. Glauberi. Unc. semis, Tart. emet. Gran. duo, Juris, e Carne vitulina parat., Libr. duas.

DECOCTUM EMMENAGOGUM Ellis.

Rec. Rad. Seneg. Unc. unam. Coque cum Aquae Octar. uno ad tertiae part. consumt., tunc infunde Cort. Aurant. Drachm. duas, et post aliquod tempus cola.

*DECOCTUM EMOLLIENS* Ph. nosoc. civ. Argentor. — *Fit coquendo* Spec. emoll. Unc. duas cum Aquae *Libr. tribus* ad Libr. duas, et colando.

DECOCTUM EMOLLIENS Saunders.

Rec. Rad. Alth. Unc. unam semis, Hb. Alth. Pug. unum semis, Aquae q. s. Coque per ¼ horae, tunc adde Hb. Veronic. Pug. unum, Rad. Foenic. Unc. unam, post infusionem per ¼ horae cola, ut f. colat. Libr. duae, quibus adde Oxym. simpl. Unc. duas, Oxym. squill. Unc. unam et Antim. diaphoret. non abluti Drachm. unam semis.

DECOCTUM EMOLLIENS ET CARMINANS Ph. Amstelod.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0252-1 DFG

Rec. Rad. Alth. Unc. unam. Coque cum Aquae Libr. duabus ad Dimidium, sub finem addens Flor. Meliloti et Chamom. vulg. āā Drachm. sex. Digere per 1/4 horae, tunc cola. — Ph. Sardoa Rad. Alth. Unc. unam, Hb. Malv. et Pariet. āā Pug. unum cum Aquae Libr. quatuor sufficienter coqui et sub finem addi praescribit Sem. Carvi Unc. semis, Flor. Chamom. Pug semis et post refrigerationem colari.

DECOCTUM EMOLLIENS ET CARMINANS PRO CLYSTERIBUS Ph. Leidens. — Fit Hb. Alth., Malv., Parietar., Verbasci, Flor. Chamom. et Meliloti āā Pug. unum, Sem. Foenic. Drachm. duas cum s. q. Aquae ad Unc. octo colat. coquendo.

DECOCTUM PRO ENEMATE v. Decoctum Malvae compositum.

DECOCTUM ENULAE, Inulae seu Helenii Ph. Batav. — Fit coquendo (melius calefaciendo in balneo Mariae in vase tecto) Rad. Enulae Unc. semis cum s. q. Aquae, ut f. colat. Unc. sex.

DECOCTUM ENULAE seu Helenii COMPOSITUM sive Hydromel compositum, Tisana expectorans RICHARD cet.

Rec. Rad. Enulae Unc. unam, Summit. Hyssopi, Hb. Heder. terrestr. āā Drachm. duas, Aquae q. s. Coque sufficienter cum Aquae Libr. quatuor. Colaturae adde Syr. Mellis Unc. duas.

DECOCTUM EQUISETI FULLERI.

Rec. Hb. Equiset. min. Man. sex, Cydon. conc. Nro. tria, Sem. Sumach., Bacc. Myrtill. āā Unc. unam semis, Flor. Rosar. rubr. Man. duos parvos, Sem. Granat. Drachm tres. Coq. cum Aquae Libr. novem, sub finem addens Gummi Tragac. Drachm. sex, cola et adde Mell. rosat., Syr. Rosar. sicc. āā Unc. tres, Syr. Myrtill. Unc. unam semis.

DECOCTUM EUPHRASIAE HOFFMANNI. — Fit coquendo Hb. cum Florib. Euphras. Man. tres, Cinnam. acuti Unc. semis, Sem. Lilior. mont., Foenic. āā Drachm. sex cum s. q. Aquae ad colatur. Libr. unius semis, et addendo s. q. Sacchari ad gratum saporem.

DECOCTUM EXCITANS v. Decoctum antifebrile.

DECOCTUM EXPELLENS IN PESTE v. Decoctum confortans.

DECOCTUM FEBRIFUGUM seu Chinae nitratum RICHARDI sec. SPIELMANNUM.

Rec. Chinae el. Unc. duas. Coq. cum Aquae Libr. octo per semihoram et in colatura solve Nitri dep. Drachm. unam.

DECOCTUM (Apozema) FEBRIFUGUM LAXANS RICHARDI sec. SPIELMANNUM.

Rec. Chinae el. cont. Unc. duas. Coq. cum Aquae Libr. octo ad reman. Unc. septuaginta quatuor, sub finem adde Hb. rec. Cichor. silv. et Endiv. āā Pug. duos, Fol. Senn. Unc. semis. Colaturae adde Sal. mirab. GLAUBERI Unc. semis, Syr. Cichor. cum Rhabarb. Unc. duas. (V. etiam Decoctum Chinae antisepticum, compositum et laxans.)

DECOCTUM FEBRIFUGUM LEWIS. — Fit Flor. Chamom. Unc. duas in Aquae Octar. tribus ad duas coquendo et solvendo in colat. Salis Tartari Drachm. duas. (V. etiam Decoctum antifebrile.)

DECOCTUM FEBRIFUGUM MAGISTRALE VAN MONS.

Rec. Chinae el. Unc. unam. Coque cum s. q. Aquae per horam, ut f. colat. Unc. quatuordecim, sepone et interea contere Gummi Arab. et Bals. de Tolu āā Drachm. unam, tunc admisce sedulo agitans decocti refrigerati q. s., ut f. emulsio spissiuscula, postea admisce Ol. Macidis Gutt. sex, Syr. Flor. Tunic. Unc. duas, denique admisce decoct. quod superest.

DECOCTUM FEBRIFUGUM ET PECTORALE v. Decoctum Chinae cum Lichene.

DECOCTUM (Apozema) FEBRIFUGUM PURGANS v. Decoctum Chinae antisepticum purgans, febrifugum laxans cet.

DECOCTUM FEBRIFUGUM SALINUM SWEDIAUR.

Rec. Summit. Centaur. min., Flor. Chamom. āā Man. unum, Aquae bull. q. s., ut post infusionem Libr. tres colaturae obtineantur, quibus adde Arcani dupl., Mellis albi āā Unc. duas.

DECOCTUM FEBRIFUGUM SALSUM seu Carbonatis Potassae Absinthii Ph. Hispan.

*Rec. Salis Absinth. Drachm. unam, Mell. opt. Unc. quatuor, Aquae Libr. duas. Coque ad despumationem in vase fictili vitreato; cola.*

DECOCTUM (Apozema) FEBRIFUGUM ET TONICUM PIERQUIN.

Rec. Rad. Patient. Unc. unam, Enulae Drachm. duas, Hb. Cichor., Pimpin. āā Man. unum, Folia Scolopendrii Nro tria, Cancros viv. cont. Nro. decem ad duodecim, Flor. Chamom. et Persic. āā Pug. unum ad duos, Chinae, Rad. Rhabarb., Cort. Cascarill. āā Drachm. unam, Aquae Libr. unam; coque per horam, tunc exprime. In duabus portionibus sumendum; primae dosi admiscendae Syr. Flor. Persic. Unc. duae, sec. Syr. 5 Rad. aperientium.

DECOCTUM FEBRIFUGUM SIMPLEX v. Decoctum (Corticis) Hippocastani.

DECOCTUM (Tisana) FELTZII ANTIVENEREUM. *Hydrolé de Salsepareille et d'Ichthyocolle composé.*

Rec. Rad. Sarsaparill. Unc. duas, Rad. Chinae Unc. unam, Cort. Buxi, Heder. Helic., Collae Piscium āā Unc. unam semis, Antim. crudi pulv., in nodul. ligat., Unc. quatuor, Aquae Libr. sedecim. Macera per 12 horas, tunc coque ad Partem dimidiam, cola per pannum, sepone et adde Merc. subl. corros. Gran. tria. Solve l. a. — Haec formula, a BAUMÉ commendata, postea plus minus immutata est. Sic CASPER Antim. crudi Drachm. undecim, Rad. Sarsaparill. et Rad. Chinae āā Drachm. sex, Hb. Heder. terrestr., Collae Piscium āā Unc. semis cum Aquae Libr. sex ad colat. Libr. duarum coqui et colat. addi praescribit Mercur. subl. corros. Gran. unum. — RATIER, RICHARD et alii Antim. crudi pulv. in nodulo Unc. quatuor in ollam fictilem

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0253-7
DFG

vitreatam immitti praescribunt, ita ut fundum non attingat, tunc infundi Aquae Libr. sex et per 12 horas coqui ad Dimidias, postea addi Rad. Sarsaparill. Unc. tres et Collae Pisc. Unc. semis, ollam per horas 24 inter cineres calidos relinqui et denique decoctum per linteum tenerae texturae trajici. — Alii Rad. Sarsapar. Unc. tres, Coll. Pisc. Drachm. unam semis, Gummi Arab. Unc. duas, Antim. crudi, in nodulum ligati, Unc. quatuor ex Aquae font. Libr. sex ad Libr. tres coqui praescribunt. — Ph. Lusitanic. castr. Rad. Sarsapar. Unc. duas, Rasur. Ligni Guajaci Drachm. duas, Collae Drachm. tres et Antim. crudi Unc. duas cum Aquae Libr. quatuor ad Dimidium coqui praescribit. (V. etiam Decoctum Ichthyocollae compositum.)

DECOCTUM FICUUM Mynsichti. — Fit coquendo Ficus ping. Nro. quindecim, Passular. Unc. duas, Rasur. Cornu Cervi, Pulp. Tamarind. āā Unc. unam, Rad. Liquir., Myrrhid. āā Unc. semis, Bacc. Berber. Drachm. duas, Sem. Card. bened. et Foenic. āā Drachm. unam semis in Aq. Hordei s. q., clarificando colaturam et addendo Syr. Acetosae Libr. unam semis, Syr. Citri Unc. quatuor. (V. etiam Decoctum Caricarum.)

DECOCTUM FILICIS MARIS. *Hydrolé de Fougère male* Ratier. — Fit sufficienter coquendo Rad. Filic. Maris recenter sicc. Unc. unam in Aquae Libr. quatuor. — Henry et Guibourt Rad. Filic. Unc. duas cum Aquae Libr. duabus ad tria Vitra decoqui praescribunt.

DECOCTUM FLORUM ET FRUCTUUM Ph. Augustan. — Constat ex Caric. Nro. quinque, Prunis quindecim, Jujub. et Sebesten. āā viginti, Tamarind. Unc. una, Flor. Rosar., Violar., Borrag. et Buglossi āā Drachm. una, Hb. Capill. Ven., Lupul., Endiv., āā Man. semis, Rad. Liquir. Drachm. duabus. Species l. a. conc. et mixtae usui asservantur.

DECOCTUM (Petri) Foresti sec. Van Mons. Rec. Sem. Cicer. rubr., Hordei perlat. āā Unc. unam, Aquae q. s. Coque sufficienter, ut fiant colaturae Unc. triginta duae; ab igne remotis adde Caric. conc. Unc. semis et Rad. Liquir. rasp. Drachm. duas; post refrigerationem cola et fiat cum Semin. Melon. Unc. una l. a. emulsio, quae colanda. — Ph. d'Anvers Semin. Melon. loco Amygdalas dulces praescribit. — Disp. Viennense sec. formulam primitivam Sebest. Libr. semis, Caric. ping. Libr. unam, Rad. Ononid. et Liquir. āā Unc. quatuor, Sem. Malv. et Alth. āā Unc. tres, Sem. 4 frigid. maj. āā Unc. duas, Cicer. rubr., Hord. mund. āā Libr. unam semis misceri et ad usum servari praescribit.

DECOCTUM FRUCTUUM JUNIPERI CARMINATIVUM v. Fotus carminativus.

DECOCTUM FRUCTUUM PECTORALIUM, *Hydrolé de Fruits pectoraux* Henry et Guibourt.

Rec. Fruct. pectoral. Unc. duas, Aq. Unc. triginta duas. Coque l. a. per horam semis et cola. (V. etiam Decoctum Caricarum.)

DECOCTUM AD FUNGOS ARTICULORUM seu ad Lupias synoviales Heisteri.

Rec. Litharg. Unc. sex, Boli Armen. Unc. unam, Mastich., Myrrh. āā Unc. semis, Aceti Unc. quatuor et viginti. Mixta coquantur leni igne per semihoram.

DECOCTUM FURFURIS TRITICEI Ph. Batav. Rec. Furfur. tritic. Unc. quatuor. Coq. cum Aq. font. Libr. duodecim ad Libr. novem reman., postquam furfur subsedit colentur. — Addi possunt Libr. duobus Spir. Vitrioli Gutt. quadraginta et Syr. simpl. Unc. una vel Crem. Tartar. Scrup. quatuor et Syr. simpl. Unc. duae.

DECOCTUM GALLARUM Gray. — Fit coquendo Gallarum Unc. semis cum Aq. font. Libr. duabus ad colat. Libr. unius aut Sesquilibrae. — In alia formula Gallarum Unc. semis cum Aquae Octar. duobus et semis ad duos coqui et colaturae addi praescribit Tinct. Gallar. Unc. unam.

DECOCTUM GEI URBANI cet. v. Decoctum (Radicis) Caryophyllatae.

DECOCTUM (RADICIS) GENTIANAE Wollkoff. — Fit Radic. Unc. semis cum Aquae Unc. duodecim ad Unc. octo coquendo et colaturae addendo Syr. quemlibet uti et Aetherea.

DECOCTUM GENTIANAE COMPOSITUM v. Decoctum amarum.

DECOCTUM GEOFFRAEAE JAMAICENSIS seu inermis Ph. Edinb. cet., Decoctum anthelminticum. — Fit coquendo Cort. cont. Unc. semis cum Aquae Libr. duabus ad Libr. unius remanent., et colando. — Donald Monro Unc. unam Corticis cum Aquae Unc. triginta duabus ad octo coquendo redigi proponit.

DECOCTUM GEOFFRAEAE SURINAMENSIS Ph. Batav. — Fit coquendo Cortic. Unc. duas cum Spir. Vini Unc. quatuor et Aquae font. Unc. triginta duabus ad Dimidias. — Thuessink Cort. Unc. semis cum Aq. Unc. sex per semihoram coqui et colari, tunc admisceri praescribit Syr. Cort. Aurant. Unc. semis et Tinct. Cort. Geoffraeae Unc. unam.

DECOCTUM GLYCYRRHIZAE seu Liquiritiae Rennie. — Fit coquendo Rad. Liquir. conc. Unc. unam semis cum Aquae Libr. una per 10 sexagesimas, et colando.

DECOCTUM AD GONORRHOEAM Lebrecht. Rec. Rad. Ononid. spin. Unc. duas. Coque cum Aq. font. Libr. una semis ad Libr. unam; colaturae adde Sacch. albi Unc. duas.

DECOCTUM GRAMINIS seu Tritici repentis Ph. castrens. Borussic. — Fit coquendo Rad. Gramin. conc. Unc. octo cum Aquae Libr. quatuor ad remanent. trium quadrantium, et colando. — Ph. d'Anvers Rad. Unc. duas cum Aquae Libr. duabus ad Dimidias coqui praescribit. — Taddei ad duas Radicis Uncias, quatuor Aquae Libras praescribit et coquendo ad duas redigi. — Marcus Rad. Gramin. Unc. unam cum Aquae fluviat. Unc. sedecim ad octo coqui et colat. addi praescribit Tartar. solub. ammon., Extr. Tarax.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0254-2

āā Unc. semis, Syr. Alth. Unc. unam. (V. etiam Ptisana.)

DECOCTUM GRAMINIS COMPOSITUM v. Decoctum aperiens.

DECOCTUM (CORTICIS FRUCTUS) GRANATORUM Rehmanni. — Fit Malicorii Unc. duas et Gummi Arab. Drachm. duas cum Aquae Libr. duabus ad remanent. Libr. unius coquendo et addendo colaturae Aquae Cinnam., Syr. Cort. Aurant. et Zingib. āā Unc. unam. — Alia formula: Rec. Cortic. Fructus Granat. Unc. duas, Gummi Arab. Drachm. unam, Aquae Libr. duas. Coque ad Dimidium et Librae cuique Decocti adde Extr. Trifol. fibr. Drachm. semis, Liq. anod. Hoffm. Drachm. unam.

DECOCTUM (CORTICIS RADICIS) GRANATI. Granatwurzelrinden-Abkochung. *Decoction d'Ecorce de Grenadier sauvage.* Ph. Batav. cet. — Fit coquendo Cortic. Radic. Unc. duas cum Unc. triginta duabus Aquae ad Unc. viginti quatuor remanentiam, et colando. — Taddei Cortic. Drachm. decem cum Aquae Unc. viginti macerari per horas 24, deinde ad Dimidium coqui et tunc insuper per horas circiter 14 in infusione relinqui et supremo decanthari proponit, quod supervacaneum, immo inconveniens. (V. etiam Ptisana adstringens.)

DECOCTUM GRATIOLAE Ph. Batav.

Rec. Hb. Gratiol. Drachm. duas, Aq. font. q. s. Coque leviter ad colat. Unc. quatuor, quibus refrigeratis adde Naphth. Vitrioli Scrup. unum, Syr. Rhabarb. Unc. unam. Interdum, si opus est, addi debent Sal. amari Drachm. duae ad Unc. semis.

DECOCTUM GUAJACI Ebermaier.

Rec. Rasur. Ligni Guajaci Unc. unam ad duas, Aq. font. Libr. tres. Coque ad colat. Libr. unius.

DECOCTUM GUAJACI Huttenii. — Fit macerando Ras. Ligni Guajaci Libr. unam cum Aquae Libr. octo per noctem et coquendo deinde ad Dimidium. — Ex residuo cum Aquae Libr. octo pari modo Decoctum Guajaci dilutius paratur. — Lieudant Ligni Guajaci Unc. tres cum Aq. Libr. duodecim per 24 horas infundi, deinde coqui praescribit, donec restant Libr. quatuor. — Brugnatelli Ligni Unc. unam et Aquae Libr. duas coquendo pro quarta parte consumi praescribit. — Ph. in usum nosoc. milit. Würceburg. Ligni Unc. unam semis cum Aquae Unc. viginti ad sedecim redigi jubet. — Ph. Herbipolit. Ras. Ligni Guajaci Libr. semis et Sal. Tartari Scrup. quatuor cum Aquae Libr. sex per noctem digeri, tunc per 2 horas coqui, sub finem addi praescribit Spir. Vini rect. Unc. tres, denuo parumper ebulliri et colari. — Ph. Genevens. Rasur. Ligni Guajaci Unc. tres in Aquae Libr. quatuor ad duarum consumtionem coqui et sub finem addi praescribit Rad. Liquir. Unc. semis, tunc colari. — Ratier Ligni Unc. unam cum Aquae Libr. tribus ad tertiae Partis consumtionem coqui et sub finem addi praescribit Rad. Liquir. Drachm. unam, tunc colari. (V. etiam Decoctum Lignorum.)

DECOCTUM (LIGNI) GUAJACI COMPOSITUM Ph. Gallicae.

Rec. Lign. Guajac., Rad. Sarsap. āā Unc. unam semis. Infunde per horas 12 in Aq. tepid. Libr. quatuor. Deinde bulliant, donec supersint Libr. tres; sub finem adde Rasur. Ligni Sassafr. Drachm. duas, Glycyrrhiz. Unc. semis. Infunde per horam semis et cola. (V. etiam Decoctum diaphoreticum et Lignorum.)

DECOCTUM DE GUAJACO COMPOSITUM ET PURGANS Ph. Gallicae.

Rec. Rasur. Ligni Guajaci, Rad. Sarsapar. āā Unc. unam, Ciner. clavell. dep. Gran. viginti quinque. Macerentur per 12 horas cum Aquae Libr. quatuor, deinde bulliant, donec supersint Libr. tres; sub finem adde Fol. Senn. mund. Drachm. duas, Rad. Rhabarb. Drachm. unam, Ligni Sassafr. et Rad. Liquir. āā Drachm. duas, Sem. Coriandr. Drachm. unam. Cola cum expressione et colatura refrigerata, faece deposita, decopula liquorem. (V. etiam Decoctum antivenereum laxans.)

DECOCTUM (LIGNI) GUAJACI CUM SALE AMMONIACO Poerner. — Fit Ras. Ligni Guajaci Part. unam in Solutione Sal. Ammoniaci loco tepido per 24 horas digerendo, postea, additis Aquae Partib. viginti, per horam et ultra coquendo, et liquorem adhuc calidum colando.

*DECOCTUM GUMMI ARABICI* v. Decoctum *incrassans.*

DECOCTUM GUMMI GUTTAE Ph. Herbipolit.

Rec. Gummi Guttae Drachm. duas. Affunde Aq. bull. Libr. unam, instilla sensim Ol. Tartar. per deliq. Drachm. duas. Ebulliant per aliquot momenta, remove deinde ab igne et postquam refrixerit decoctum ex flavo-rubens decantha et serva.

DECOCTUM HAEMATOXYLI v. Decoctum (Ligni) Campechiani.

DECOCTUM Heisteri v. Decoctum ad Fungos Articulorum.

DECOCTUM HELENII SIMPLEX ET COMPOSITUM v. Decoctum Enulae.

DECOCTUM HELICUM POMATIARUM COMPOSITUM v. Lac asininum artificiale.

DECOCTUM (RADICIS) HELLEBORI ALBI seu Veratri Ph. Londin. cet. — Fit coquendo Rad. Hellebori albi cont. Unc. unam cum Aquae Octar. duobus ad reman. unius; colando et addendo Spir. Vini rectif. Fluidunc. duas. — Ferrarini ad tertiae partis consumtionem coqui praescribit, ceterum ut antea. — Nonnulli medici Spiritus Vini loco Sal. Ammoniaci Drachm. tres addunt.

DECOCTUM (HERBAE) HELLEBORI FOETIDI Ph. Batav. — Fit Herb. sicc. Drachm. duas cum Aq. Unc. octo sufficienter coquendo et colando.

DECOCTUM HELLEBORI NIGRI Reil sec. Augustin.

Rec. Fibrillar. Rad. Hellebor. nigr. Drachm. duas ad Unc. semis. Coque cum Aq. font q. s.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0255-8

ad colat. Unc. octo, cui adde Tartari tartaris. Unc. unam, Mell. desp. Unc. duas.

DECOCTUM HELLEBORI NIGRI CUM FOLIIS SENNAE WINTRINGHAM sec. RICHARD.

Rec. Rad. Helleb. nigri Drachm. duas, Fol. Senn. Unc. semis, Tartari tartaris. Drachm. duas, Aq. pur. Libr. unam et Unc. quatuor. Coque ad remanent. Unc. decem et adde Syr. Rhamni cathart. Drachm. sex.

DECOCTUM HELMINTHOCHORTI seu Corallinae Corsicanae, Tisana vermifuga. Wurmmoos-Abkochung. *Hydrolé de Mousse de Corse* HENRY et GUIBOURT. — Fit coquendo Musci Helminthoch. Drachm. unam vel duas in Aq. Unc. sex ad dimidiam partem, et colando cum expressione. — RATIER Unc. duas Helminthoch. cum Aq. Libr. duabus sufficienter coqui praescribit. — Ph. Batav. Helminthoch. Drachm. duas cum s. q. Aquae ad colat. Unc. quatuor coqui et colaturae addi praescribit Mell. desp. Unc. semis. — Formul. des hopit. mil. de France Helminthoch. Drachm. duas cum s. q. Aquae coqui et colat. Libr. semis addi praescribit Syr. simpl. Drachm. duas. — Disp. de bureau de Charité Helminthoch. Unc. unam cum Aq. Octar. duabus semis coquendo ad duos redigi et sub finem Rad. Liquir. Unc. semis addi, tunc colari praescribit.

DECOCTUM HELMINTHOCHORTI seu vermifugum WENDT sec. AUGUSTIN.

Rec. Helminthoch. Unc. semis, Hb. Gratiol. Drachm. unam, Aquae Unc. sex. Coque leviter et colat. Unc. quinque adde Vitrioli Mart. Drachm. semis et Mellis desp. Unc. semis.

DECOCTUM (CORTICIS) HIPPOCASTANI seu febrifugum simplex Ph. Batav. — Fit coquendo Cort. Hippocast. Unc. unam semis cum Aquae Unc. triginta ad colat. Unc. decem, sub finem addendo Rad. Liquir. Drachm. unam, et colando. — Ph. Francof. p. p. Cortic. Unc. unam cum Aquae Unc. sedecim ad colat. Unc. sex coqui et addi praescribit Syr. Cort. Aurant. Unc. semis. — SWEDIAUR Cort. Hippocast. Unc. quatuor cum Aquae Libr. duabus bis coqui, colaturas ad Libr. unam evaporatione coqui et Sacchari albi Unc. unam addi praescribit. Addi potest pro necessitate Naphth. Vitrioli Drachm. una ad duas.

DECOCTUM HORDEATUM AMYGDALINUM v. Emulsio.

## DECOCTUM HORDEI, Hordei distichi, MUNDATI seu perlati SIMPLEX Ph. Americ., d'Anvers, Batav., Belgic., Dublin., Edinb., Londin., Herbipol., castrens. Ruthenae cet. Gerſtengraupen-Abkochung. *Decoction de l'Horge mondé.*

Rec. Hordei mund. seu perlati Unc. duas. Ablue Aqua frigida, deinde coque paullisper cum Aquae Libr. una et, hac Aqua abjecta, superaffunde Aquae Libr. quinque (Octarios quatuor cum semisse L.) et coque ad dimidias, cola absque expressione. — Disp. Lippiacum, PIDERIT, Ph. Ferrar. et FERRARINI quatuor tantummodo Aquae Libras et ad Dimidias coqui praescribunt, ceterum ut antea. — Ph. Amstel. Unc. duas Hord. perl. et sex Aquae Libr. ad Dimidias coqui praescribit.

DECOCTUM HORDEI, Ptisana communis Ph. Gallic.

Rec. Hord. mund., leviter linteo asperiore confricti et Aqua eloti, Unc. semis. Coq. cum Aquae Unc. quadraginta ad Unc. triginta duarum remanent. Cola et adde Syr. Alth. vel Capill. Ven. Unc. unam. — Formul. des hopit. milit. de France sub finem coctionis Rad. Liquir. Drachm. unam addi praescribit et Syrupum omittit, ceterum ut supra. Ph. nosoc. milit. Würceburg. Hordei mund. et grossiusc. laevigati Unc. quatuor cum Aquae Libr. triginta duabus per 1/4 horae coqui, tunc addi praescribit Rad. Liquir. conc. Unc. duas et lente ad duorum Trientium colaturae reman. coqui.

DECOCTUM HORDEI CRUDI seu Hordei integri SIMPLEX, Aqua Hordei seu hordeata. Rohe Gerſtentrank, Gerſtenwaſſer. *Decoction d'Horge* Ph. Batav.

Rec. Hord. integri bene maturi Unc. duas. Coque paullisper cum Sextuplo fere Aquae, qua rejecta iterum ferventem, sed majori quantitate, adde, ita ut, leni coctione instituta, post Hordei crepitum supersit colatura circiter Libr. duarum. — Ph. Lusit. Hordei aristis privati Unc. tres cum Aquae Libr. quatuor ad Dimidias coqui praescribit. — Ph. Rossica Hordei integri Unc. sex cum Aquae Libr. decem ad Libr. octo coqui praescribit.

DECOCTUM HORDEI Ph. Suec. et SPIELMANNI.

Rec. Hordei integri aliquoties Aqua calida loti Unc. tres, Rad. Gramin. inc. Unc. unam, Aq. fluviat. Libr. decem. Coquuntur, donec Librae octo remanent, Decoctum refrigeratum colatur. (V. etiam Decoctum commune et Ptisana communis.)

DECOCTUM HORDEI CUM ACACIA v. Decoctum Hordei gummosum.

DECOCTUM HORDEI ACIDULUM seu acidulatum Ph. Suecic. — Fit admiscendo Decocto supra memorato Oxym. simpl. Unc. quatuor. — Ph. Rossica pariter Decocto illi supra descripto Oxym. simpl. Unc. quatuor ad acidulatum addi praescribit. — Ph. castr. Ruthena, ST. MARIE et SWEDIAUR Decocto sec. Ph. Batav. cet. duas Oxym. simpl. Unc. addi praescribunt. (V. etiam Ptisana communis emolliens.)

DECOCTUM HORDEI CUM CERA ET OLEO FERRARINI.

Rec. Cerae citr., Ol. Amygd. dulc. āā Drachm. duas, Vitell. Ovor. duo, Decoct. Hordei simpl. Libr. duas. Ceram et Oleum liquefacta cum Vitellis subige et Decoctum sensim admisce.

DECOCTUM HORDEI CITRATUM sec.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0256-4
DFG

Spielmann. — uti Decoctum Citri paratur, Aquae loco Decoctum Hordei sumendo.

DECOCTUM HORDEI COMPOSITUM, Decoctum pectorale seu Ptisana communis Ph. Londinens. Zuſammengeſetztes Gerſtengraupen-Decoct- oder Waſſer. *Decoction d'Horge composé.* — Fit coquendo Caricar. conc. et Passul. maj., demtis acinis, āā Unc. duas, Rad. Liquir. cont. Unc. semis cum Decocti Hordei Libr. duabus et Aquae Libr. una ad Octar. duos, et colando. — Ph. Dublin. quatuor Decocti Hordei Libras praescribit et primum addi Passulas, deinde Caricas, deinde paullo ante finitam coctionem Liquirit, ut f. colat. Octar. duorum, ceterum ut supra. — Ferrarini Hordei mund. Libr. unam, Caric., Passul. maj. et Rad. Liquir. āā Unc. duas et Jujub. Unc. unam semis cum Aquae Libr. duodecim ad tertiae partis consumtionem coqui, tunc colari praescribit.

DECOCTUM HORDEI COMPOSITUM Ph. Herbipolit.

Rec. Hordei decort. et Aq. frig. loti Unc. unam, Rad. Seneg. Unc. semis, Nitri dep. Drachm. duas. Coque cum Aq. q. s. ad colat. Libr. duas, quibus adde Roob Ribium et Sambuci liq. āā Drachm. sex, Oxym. simpl. Unc. duas. (V. etiam Decoctum commune, pectorale et pro Potu.)

DECOCTUM HORDEI CUM RASURA CORNU CERVI Disp. Brandenb., Hamburg. cet. — Fit coquendo Hordei mund. Unc. unam semis et Rasur. Corn. Cervi Unc. unam cum Aquae Libr. octo ad tertiae Partis consumtionem, et colando.

DECOCTUM HORDEI GUMMOSUM seu cum Acacia, Aqua hordeata cum Gummi Ph. Genevens.

Rec. Hordei integri Unc. tres. Coq. paullisper cum Aqua, quae rejicienda, tunc infunde Aquae bullient. Libr. quatuor et coque ad Dimidias, sub finem addens Rad. Liquir. rasp. Unc. semis. In colat. dissolve Gummi Arab. Unc. semis. — Ph. nosoc. St. Bartholom. in Decocti Hordei Fluidunc. duodeviginti Gummi Arab. Unc. semis solvi praescribit. (V. etiam Potus Hordei.)

DECOCTUM HORDEI INTEGRI et MUNDATI seu perlati v. supra.

DECOCTUM HORDEI NITRATUM seu cum Nitro Augustin. — Paratur admiscendo Decocti Hordei Libr. duabus Nitri Drachm. unam et Oxym. simpl. Unc. unam. — Ph. castrens. Ruthen. solvi praescribit Nitri Drachm. duas in Decocti Hordei Libr. duabus semis.

DECOCTUM HORDEI CUM RADICIBUS SCORZONERAE Disp. Brandenb. et Hamburg. — Fit pari modo ac Decoctum Hordei cum Cornu Cervi, ejus loco Rad. Scorzonerae sumendo.

DECOCTUM HORDEI SIMPLEX v. supra.

DECOCTUM (Apozema) HYDRAGOGUM Bories.

Rec. Bulb. Allii rec. Unc. unam semis, Summit. Absinth. et Centaur. min., Sem. Dauci, Bacc. Junip., Ligni Sassafr., Rad. Enulae āā Unc. unam, Rad. Aristol. long. et rot. et Rad. Zedoar. āā Drachm. sex, Cort. Winteran. Unc. semis, Aquae bull. q. s. Digere per horas 6 in balneo Mariae, et filtra.

DECOCTUM HYDRAGOGUM Saunders. — Fit coquendo Rad. Tarax. integr. Unc. duas, Rad. Alth. Drachm. decem cum s. q. Aquae per $\frac{1}{4}$ horae, et addendo Rad. Squill. Unc. semis, Flor. Chamom. Unc. duas, colando post horam unam digestionis in vase tecto, denique addendo colaturae Unc. quatuordecim Syr. Liquir. Unc. duas.

DECOCTUM HYDRARGYRI v. Aqua mercurialis et Decoctum anthelminticum.

DECOCTUM HYDROPICUM Wendt.

Rec. Rad. Polygal. amar. Drachm. duas. Coque cum s. q. Aquae per $\frac{1}{2}$ horam, sub finem addens Hb. Digit. purp. Scrup. unum, post aliquot sexagesimas colat. Unc. quinque refrig. adde Liq. Terrae foliat. Tartari Unc. unam, Elaeosacch. Menth. pip. Drachm. unam. (V. etiam Decoctum antihydropicum.)

DECOCTUM HYSTERICUM Hoffmanni. — Fit coquendo Hb. Pulegii, Artemis., Abrot., Matricar., Meliss., Verben., Serpyll. āā Man. unum, Rad. Pimpin., Bacc. Lauri āā Drachm. duas, *Castor. Drachm. unam, Herb. Sabin. Drachm. duas cum s. q. Aquae l. a., et colando.*

DECOCTUM HYPECACUANHAE seu Ipecacuanhae Pisonis sec. Spielmann.

Rec. Rad. Ipecac. crass. cont. Drachm. duas. Coq. cum Aq. font. Unc. quatuor ad Trientis consumtionem, et cola. Residuum iterum coque ex Aq. Unc. quatuor et cola; denuo residuum ratione modo memorata coquitur. Decocta tria separatim sumuntur. — In dysenteria laudatur.

DECOCTUM JACEAE seu Violae tricoloris CUM AQUA Ph. Batav. — Fit coquendo Hb. Drachm. sex cum Aquae s. q. ad colat. Unc. sex. — Ferrarini Hb. rec. Drachm. unam ad duas cum s. q. Aquae ad colat. Libr. unius coqui proponit.

DECOCTUM JACEAE CUM LACTE Augustin. et Ph. Batav. — Fit Hb. Unc. semis cum Lact. Libr. una per breve tempus coquendo et colando. — Ferrarini ut Decoctum aquosum parari jubet, Aquae loco Lac sumendo.

DECOCTUM JAPONICUM Lewis.

Rec. Confect. Japonic. Unc. unam. Coq. cum Aquae Octar. uno semis ad unum, tunc adde Decocto adhuc turbido Aq. Cinnam. spirit. et Syr. Diacod. āā Unc. unam.

DECOCTUM ICHTHYOCOLLAE v. Decoctum Collae Piscium.

DECOCTUM ICHTHYOCOLLAE COMPOSITUM Eimbkei.

Rec. Rad. Sarsapar. Unc. tres, Cort. et Ligni Sassafr. āā Unc. unam. Concisa macera cum Aq. commun. fervid. Libr. novem per 12 horas; tum coque et decocto immitte Collae Piscium Unc. tres, antea in s. q. Aquae solutas, ad colat. Libr. octo.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0257-0

DECOCTUM INCITANS BERENDS.
Rec. Fol. Rhododendri chrys. Drachm. duas ad sex. Coque ex Aquae Unc. decem ad colat. Unc. sex, adde Syr. balsam. Unc. unam.

DECOCTUM INCITANS SUNDELIN.
Rec. Rad. Seneg. Drachm. duas, Cort. Cascarill. Drachm. tres. Coque ex Aquae Unc. decem ad colat. Unc. sex, adde Gummi Arab. Drachm. duas, Spir. Sal Ammon. anis. Drachm. unam semis, Syr. balsam. Unc. unam.

DECOCTUM INCITANS AROMATICUM BRERA.
Rec. Hb. Salv. Unc. semis. Infunde cum s. q. Aquae et colat. Libr. duarum adde Elix. acid. HALLERI Drachm. unam.

DECOCTUM INCITANS, nutriens, diaphoreticum, antisyphiliticum, BRERA.
Rec. Rasur. Ligni Guajaci Unc. unam, Lichen. Island. elixiv. Unc. duas, Stip. Dulcam. Drachm. duas, Rad. Rub. tinct., Caric. aren., Alth., Bardan. āā Unc. semis, Sem. Foenic. Unc. unam. Coque Aq. font. Libr. quinque ad reman. Libr. trium et colat. adde Syr. simpl. Unc. duas.

DECOCTUM INCRASSANS FULLERI seu Decoctum Gummi Arabici. — Fit Gummi Arab. Unc. tres cum Decocti Hordei integri Libr. duabus paullisper coquendo et addendo Syr. Alth. Unc. quatuor. — Aliae Pharm. Decocti Hordei loco Aquam praescribunt.

DECOCTUM (CORTICIS RADICIS) JUGLANDIS FULLERI.
Rec. Cortic. inter. Rad. Juglandis cont. Unc. unam semis. Macera cum Aceto Juniperi per 8 horas et rejecto Aceto iterum sicca et adde Cort. Capparid. Unc. semis, Summit. Tamarisci et Agrimon. āā Man. duos. Coque cum Aquae et Vini āā Libr. duabus semis ad duas, et cola. (V. etiam Decoctum Nucum Juglandium.)

DECOCTUM JUJUBARUM PECTORALE Ph. Hispan.
Rec. Hord. mund. Unc. unam, Jujubas Nro. duodecim, Caric. Nro. sex, Passul. mund., Rad. Liquir. rasp. et Hb. Capill. Vener. āā Unc. semis, Aquae Libr. tres. Coque s. a. ad Libr. duas, et cola.

DECOCTUM JUJUBARUM PECTORALE SOLUTIVUM Ph. Hisp. ed. prior. — Fit, si Decocti praecedentis Unc. octo addis Fol. Sennae Drachm. tres, Rad. Rhei cont. Drachm. unam et Tartari solub. Scrup. unum et post suff. digestionem colas.

DECOCTUM (LIGNI) JUNIPERI Ph. Batav. — Fit coquendo Ligni Junip. rasp. Unc. semis cum Aquae Unc. sedecim ad Dimidias et colando.

DECOCTUM JUNIPERI PLENCKII sec. SUNDELIN.
Rec. Summit. Junip. inc. Unc. tres, Aq. font. q. s. Coque ad Libr. duas, addens sub finem coctionis Bacc. Junip. cont. Unc. unam et cola. — FERRARINI, ST. MARIE et SWEDIAUR formulae cum hac congruunt.

DECOCTUM (Fructuum) JUNIPERI CARMINATIVUM v. Fotus carminativus.

DECOCTUM JUNIPERI COMPOSITUM Ph. nosoc. ST. BARTHOL. — Fit Bacc. Junip. cont. Unc. duas et Cremor. Tartari Drachm. tres cum Aquae Octar. quatuor ad duos coquendo, et colat. Spir. Junip. comp. Fluidunc. duas admiscendo.

DECOCTUM KALMIAE LATIFOLIAE Ph. Batav. — Fit coquendo Fol. Kalmiae Unc. unam cum Aquae Unc. octo ad Dimidium et colando.

DECOCTUM KINAE KINAE cet. v. Decoctum Chinae cet.

DECOCTUM LAPATHI ACUTI Ph. Batav. — Fit coquendo Radic. Unc. unam ad duas cum s. q. Aquae ad colat. Libr. unius cum dimidio. — Melius in balneo Mariae in vase tecto conficitur.

DECOCTUM LAPATHI RICHARD sec. SPIELMANN.
Rec. Rad. Lapathi acuti Unc. duas, Rad. Enulae camp., Bacc. Junip. āā Unc. semis. Inc. et cont. coquuntur ex Aquae Unc. duabus et septuaginta ad dodrantis evaporationem, sub finem additur Hb. Fumar. Man. unus et colantur. (V. etiam Ptisana.)

DECOCTUM (Apozema) LAXANS CADET, Ph. Gallic., RICHARD.
Rec. Hb. rec. Borrag., Buglossi, Cichor. āā Unc. unam. Coque per $\frac{1}{4}$ horae in Aq. font. Libr. duabus. Colat. adde Sal. mirab. GLAUBERI Drachm. duas, Syr. Viol. Unc. unam. (V. etiam Decoctum et Potus purgans.)

DECOCTUM LAXATIVUM VOGLERI. — Fit Flor. Acac., Fol. Sennae, Sal. mirab. GLAUB. āā Drachm. duas, Passul. min. Drachm. sex cum s. q. Aquae ad colat. Unc. trium ad quatuor coquendo. — Pro lubito Flor. Acaciar. loco Flor. Persic. vel Verbasci recipi possunt. — Aliud fit Mannae calabr., Sal. amari āā Drachm. sex vel Sal. GLAUB. et Tamarind. āā Unc. semis, Fol. Sennae mund. Drachm. duas semis cum s. q. Aquae per aliquot sexagesimas ad colat. Unc. trium coquendo. (V. etiam Aqua Angelica laxativa, Viennensis, Manna liquida, Potio et Ptisana cet.)

DECOCTUM LEONTODONTIS v. Decoctum Taraxaci.

**DECOCTUM LICHENIS** seu **Lichenis Islandici (amarum).** Isländisch Moosabkochung. *Decoction de Lichen d'Island.* — Paratur calefaciendo Lichenis Islandici electi Unc. semis cum Aquae Unc. decem in balneo Mariae per horam, saepius agitando, ut f. colatura Unc. octo.

Pharmacopoeae in parando hoc Decocto discedunt. — Ph. Batav. ad Lichen. Unc. unam sedecim Aquae praescribit et ad octo Uncias colaturae coqui. — Ad Decoctum Lichenis Islandici mere mucilaginosum (non amarum) Lichen. Island. Unc. duas cum Ciner. clav. dep. Drachm. una, in Unc. viginti Aquae soluta, per 12 horas frigide macerari, solutionem decanthari, Lichen Aqua pura

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0258-5
DFG

ablui, donec nulla in ea amarities percipiatur, tunc cum Aquae Unc. quadraginta octo ad tertiae Partis consumtionem coqui et cum expressione colari praescribit. — Ph. Suecica pariter Lichen Lixivio alcalino valde diluto per nychthemerum macerari et Aqua pura bene ablui praescribit, tunc viginti quatuor Aquae Partibus ad sedecim coqui et exprimendo colari praescribit. — Van Mons formula cum hac congruit, praescribit tamen insuper DECOCTUM LICHENIS DULCE *(Decoction douce de Lichen d'Island)* cum Saccharo dulce reddi et Aq. Cinnam. aut Naphae aromatisari. — Ph. nosoc. civ. Argentor. Lichen. Unc. unam cum Aq. bull. Libr. tribus ablui et denuo cum tantodem Aquae ad Libr. unam semis coqui et colari jubet. — Ph. Saxonica praescribit Lichen. conc. Part. unam cum Aquae frig. Part. octo macerari, liquorem effundi et Lichen lotum cum triginta duabus Aquae Partibus ad Dimidias coqui et cum expressione colari. — Ratier Lichen. Unc. semis Aqua bulliente ablui, deinde Aquae Libr. tribus ad Libr. duarum colatur. remanent. coqui praescribit. — Paris huic Decocto addi praescribit Syr. simpl. Unc. duas. — Henry et Guibourt ad TISANA LICHENIS *(Hydrolé de Lichen)* Lichen. Island. bene abluti Unc. semis cum Aquae Unc. triginta duabus ad perfectam emollitionem coqui et cum Sacchari Unc. una vel duabus edulcorari praescribunt. — Richard Lich. Island. Unc. unam in Aq. bull. ablui, tum Aq. font. Libr. tribus ad reman. Libr. unius coqui et colaturae addi praescribit Syr. Alth. Unc. unam. — Hopit. Paris. duas Syr. Alth. Uncias praescribit, ceterum idem. — Ph. Londin., American. cet. ad DECOCTUM LICHENIS (amarum) Lichen. Unc. unam cum Aquae Sesquioctario ad Octar. unum coqui et colari praescribunt. — Ph. Edinb. formula cum hac congruit. — Ph. Dublin. Lichen. Unc. semis cum Aq. bull. Octar. uno per 2 horas in vase clauso digeri tunc per 1/4 horae coqui et adhuc fervens colari praescribit. — Formul. des hopit. mil. de France Lichen. Unc. semis ad unam cum Aq. Libr. duabus ad unam coqui et colaturae addi praescribit Mell. albi Unc. unam. — Ph. castrens. Ruthen. Lichen. Unc. semis cum Sesquilibra Aquae ad unam coqui, sub finem Rad. Liquir. Drachm. unam addi, vel colatur. Mellis Unc. semis cum s. q. Aquae per 1/4 horae coqui et colat. Sesquilibram addi praescribit Syr. Alth. et Papav. alb. āā Unc. unam.

DECOCTUM LICHENIS ISLANDICI Vogel sec. Augustin.

Rec. Lichen. Island. Drachm. duas, Rad. Salep. pulv. Gran. decem, Cinnam. Gran. octo. Coque cum Aq. font. Unc. duodecim, colat. Unc. sex adde Sacchari vel Mellis vel Syrupi cujusdam quantum vis.

DECOCTUM LICHENIS ISLANDICI Wendt. — Fit Lichen. Unc. semis in Aquae Libr. una ad reman. Unc. octo coquendo et colat. refrig. addendo Spir. Sal. Ammon. anis. Scrup. duos, Syr. Alth. Unc. unam.

DECOCTUM LICHENIS ISLANDICI COMPOSITUM Augustin.

Rec. Ligni Quass. Drachm. duas, Lichen. Island. Drachm. sex. Coq. cum Aq. font. Unc. tredecim ad reman. Unc. decem, colat. adde Extr. Myrrh. Drachm. unam, Tartari emet. Gran. duo, Oxym. squill. Unc. unam. — Alia formula Wendtii: Rec. Lichen. Island. Unc. duas, Boleti suaveol., Summit. Millefol., Flor. Lysimach. purp., Passul. min. āā Unc. semis. Coquatur Uncia dimidia harum specierum cum Aquae Mensur. semis et post moram aliquam clarum superstans aegroto sensim sorbillandum praebeatur.

DECOCTUM LICHENIS ISLANDICI COMPOSITUM Ph. Herbipolit.

Rec. Lichen. Island. Drachm. sex, Fungi Melitens., Rad. Consolid. maj., Polygal. amar. āā Unc. semis, Conserv. Rosar. rubr. Unc. duas, Sem. Hyosc. Drachm. tres, Alumin. Drachm. unam semis, Aq. font. Libr. quinque. Coque ad reman. Libr. trium cum dimidia, colat. adde Mell. Rosar. Unc. unam semis. (V. etiam Decoctum pectorale.)

DECOCTUM LICHENIS ISLANDICI LACTEUM Augustin. — Fit coquendo Lichen. Isl. Unc. unam cum Seri Lactis Unc. viginti ad Unc. duodecim remanentiam, et addendo colaturae Sacch. Lactis Drachm. sex.

*DECOCTUM LIGNI CAMPECHIANI*, Guajaci, Quassiae cet. V. quaeque nomina primaria.

DECOCTUM LIGNORUM Augustin et Lebrecht.

Rec. Rasur. Ligni Guajaci Unc. unam, Ligni Sassafr. Unc. semis, Rad. Liquir. Drachm. unam. Coq. cum Aq. font. Libr. quinque per 3 horas, addens sub finem coctionis Spir. Vini rect. Unc. unam vel Aq. Cinnam. simpl. Unc. tres; f. colat. Libr. trium.

DECOCTUM LIGNORUM seu Guajaci compositum Ph. Americ., Edinb. cet.

Rec. Ligni Guajac. rasp. Unc. tres, Passul. major. Unc. duas, Rad. Liquir. et Sassafras āā Unc. unam, Aquae Libr. decem. Coque leni igne Lign. Guajaci et Passul. cum Aqua ad Libr. quinque, sub finem adjiciens Radices; deinde cola sine expressione.

DECOCTUM LIGNORUM seu Guajaci compositum Ph. Hispan.

Rec. Ligni Guajaci rasp. et Rad. Sarsapar. conc. āā Unc. duas, Aquae Libr. octo. Digere per 12 horas in vase clauso et coque leni igne ad Libr. quatuor, addens sub finem Ligni Sassafr. Unc. unam et Rad. Liquir. Drachm. unam. Cola et per subsidentiam defaeca.

DECOCTUM LIGNORUM seu Guajaci compositum Ph. Lusitan.

Rec. Ligni Guajaci rasp. Unc. tres, Aquae font. Libr. sex. Ebulliant, donec Librae quatuor supersint. Ad finem addantur Ligni Sassafr. Unc. una, Rad. Liquir. Unc. duae, digerantur per 2 horas et colentur. — Formul. des hopit. mil. de France in summa rei cum haç congruit.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0259-4

DECOCTUM LIGNORUM Disp. Brunsvic.
Rec. Rasur. Ligni Guajaci Unc. tres, Ligni Junip. Unc. unam, Rad. Bardan. Unc. unam semis, Rad. Scrophul., Hb. Saponar. cum toto aa Unc. semis. Coq. cum Aquae Libr. duodecim ad Dimidium, sub finem addens Rasur. Ligni Sassafr. Unc. semis, Liquir. et Sem. Anisi aa Drachm. duas, cola. — Spielmannus Ligni Guajaci et Junip. aa Unc. unam semis praescribit et Rad. Bardan. omittit, ceterum cum hac formula congruit. — Ph. Palatina Spec. Lignor. Unc. viginti cum Aquae Libr. sedecim per 24 horas infundi, tunc ad Dimidias coqui et colari praescribit. — Residuum iterum cum Aquae Hordei Libr. duodecim ad tertiae Partis consumtionem coquitur, cui addi possunt pro libitu Passul. majores et aromatisari pauco Cinnamomo. — Prius Decoctum in scabie, syphili cet. usurpatur, alterum pro potu ordinario inservit. — Disp. Viennens. Ligni sancti Libr. tres, Sassafr. Libr. unam, Santal. rubr. Libr. semis, Rad. Bardan. Libr. unam semis, Sarsaparill., Chinae aa Libr. unam, Liquir. Libr. semis, Sem. Anisi et Foenic. aa Unc. tres l. a. misceri et ad usum asservari praescribit.

DECOCTUM LIGNORUM seu Guajaci Ph. Suecicae.
Rec. Ligni Guajaci rasp. Unc. tres, L. Juniperi Unc. duas, Rad. Saponar. Unc. unam. Coq. c. Aq. fluviat. Libr. duodecim ad Dimidium, sub finem addens Rad. Liquir. Unc. semis; cola. — Ph. Fennica Rad. Saponariae loco Rad. Chinae praescribit, ceterum cum hac formula congruit.

DECOCTUM LIGNORUM Vogt.
Rec. Ligni Guajaci rasp., Sassafr. aa Unc. semis. Inf. Aq. fervid. s. q. et macera loco tepido per noctem; deinde adde Rad. Sarsaparill. Unc. unam, Rad. Chin. nod. Unc. semis et coque per horam. Sub finem coctionis adde Rad. Liquir. Unc. unam. Post ebullitionem per sextantem horae cola ad colat. Libr. quatuor. (V. etiam Decoctum diaphoreticum et Guajaci compositum.)

DECOCTUM LIGNORUM CUM ANTIMONIO ET MERCURIO Gaukesii Disp. Brunsvic.
Rec. Rasur. Ligni Guajaci Unc. tres, Ligni Sassafr. Unc. duas, Rad. Chin. Unc. unam, Mercurii vivi in sacculum linteum ligati, Antimon. crudi in sacculum ligati aa Libr. unam. Infunde cum s. q. Aquae et coque per longum tempus ad Libr. sex remanentiam, sub finem addens Rad. Liquir. Unc. duas. Cola.

DECOCTUM LIMACUM Ph. Batav. sec. Essig.
Rec. Limaces rufas Nro. triginta, contusis in mortario admisce segmenta Pomorum, quae cognomine Rainette distinguuntur, Nro. sex, Prun. sicc. succul. Nro. novem. Coque per horam cum Aquae Mensur. una, cola et clarifica colaturam. — Ph. Helvetica Limaces rufas sex incidi et in s. q. Aquae per horam ad colat. Libr. unius coqui praescribit; cui tantundem admiscetur Lactis vaccini vel caprini et Sacch. albi ad gratam dulcedinem.

DECOCTUM LINI Augustin. Leinſamen-Decoct. *Decoction de Lin.* — Fit Sem. Lini integri Unc. duas cum Aquae Libr. quatuor sufficienter coquendo et addendo colaturae Succi Liquir. dep. Unc. unam. — Wollkopf etiam Succum Liquirit. omittit.

DECOCTUM LOBELIAE SYPHILITICAE Ph. Batav. sec. Bertram. — Fit Radic. Man. unum cum Aquae Mensur. tribus sufficienter coquendo. — St. Marie Rad. siccat. Unc. semis cum Aquae Libr. duodecim ad tertiae Partis consumtionem coqui praescribit, tunc colari.

DECOCTUM AD LUPIAS SYNOVIALES v. Decoctum ad Fungos Articulorum.

DECOCTUM LUSITANICUM seu antivenereum Ulyssiponense, Aqua Kauferi. Portugieſiſches Decoct. *Decoction de Portugais.*
Rec. Rad. Sarsapar. et Rad. Chinae conc. aa Unc. unam, Nuc. Jugland. Cort. siccat. Nro. viginti, Antimonii crudi, cum Lapide Pumicis Unc. una optime triti, et separatim in sindone involuti, Unc. duas. Coque cum Aq. destill. Libr. decem ad colat. Libr. quinque. — Grant sec. Lewis Nuc. Jugland. cum Putamin. Nro. duas minores vel unam majorem cont., Antim. crudi in nodulum lig., Rad. Sarsaparill. aa Unc. unam, Rad. Chinae, Liquirit., Ligni Guajaci rasp. aa Drachm. tres cum Aq. Libr. decem ad reman. Libr. quinque semis coqui et post subsidentiam decanthari praescribit. — Spielmannus Ligni Santali albi et rubri aa Unc. tres, Ligni Rhodii, Guajaci et Sassafr. aa Unc. unam, Rad. Sarsapar. Unc. tres, Antim. crudi Unc. duas et Cort. Mezer. Unc. semis per nychthemerum cum Aq. font. bull. Unc. centum et viginti infundi, deinde ad Dimidium coqui, et sub finem adjici praescribit Rad. Liquir. Unc. semis, tunc colari. — Murrhay formula cum hac congruit. — Swediaur Rad. Sarsap. Unc. sex, Ligni Sassafr. et Guajaci aa Unc. unam cum Aquae Libr. decem per 6 horas blando calore macerari, tunc ad Dimidium coqui et sub finem addi praescribit Rad. Liquir. Unc. unam, Cort. Mezer. Drachm. tres. — Lebrecht Rad. Mezer. Drachm. duas, Rad. Sarsapar. et Gramin. aa Unc. duas praescribit, Aquae quantitatem autem non indicat. — Reuss Antim. crudi in nodulum ligati Unc. duas, Rad. Sassapar. Unc. tres, Rad. Chinae Unc. unam semis, cum Aquae Unc. centum ad Unc. sexaginta coqui praescribit. — Lewis formula cum hac congruit. — Sec. Wittwer etiam inter coctionem addi proponit Cinerum clavell. dep. Drachm. aliquas ad leviorem Antimonii solutionem. — (V. etiam Decoctum antivenereum, Pollini et Sarsaparillae compositum.)

DECOCTUM LUSITANICUM Fulleri.
Rec. Aquae Libr. duas, Succi Limon. et Sacch. albi aa Unc. duas ad quatuor, Coccion. Scrup. unum. Coque in vase fictili vitreato, despuma, denique adde Aq. Rosar. Unc. quatuor; liquorem clarum post aliquod tempus decantha. (V. etiam Decoctum Citri.)

DECOCTUM MAJALE Schroederi.
Rec. Hb. Fumar. Man. unum, Summit. Lu-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0260-5
DFG

puli, Cichor., Agrimon., Asplen., Absinth. Pont. ā̄ā Man. semis, Rad. Polypod., Liquir. ā̄ā Unc. semis, Fol. Sennae Unc. tres, Sem. Anisi Drachm. duas. Omnia, quae haberi possunt, recentia misce cum reliquis et coque cum Seri Lactis Libr. quatuor ad tertias. Colaturae calidae infunde per noctem Rad. Rhabarb. el. Drachm. duas, Spic. Indic. Gran. octo, Schoenanthi Scrup. semis; ebulliant semel et iterum colentur.

DECOCTUM (Apozema) MALTI, Mustum Hordei. Malzdecoct. *Decoction de Malt.* Sec. Augustin et Ph. castr. Boruss. — Fit coquendo Malti Hordei molendina fracti vel contusi Unc. quatuor cum Aquae Libr. quatuor ad colaturam Libr. trium. — Ph. Batav. Malti Unc. sex cum Aquae Libr. sex ad quatuor colaturae coqui praescribit. — Sec. Collin sub finem adjici possunt Sem. Foenic. cont. Scrup. quatuor et Rad. Liquir. Drachm. tres. — Disp. Lippiac. Malti cont. Unc. tres in Aq. font. Libr. sex ad Dimidias coqui et colari praescribit. — Formul. des hopit. mil. de France Malti moliti Unc. quatuor cum s. q. Aquae ad colat. Unc. triginta duarum coqui et sub finem addi praescribit Rad. Liquir. Drachm. unam, tunc decanthari. — Saunders Malti Hordei Unc. sex cum Aquae Libr. quatuor per $1/4$ horae coqui, tunc addi praescribit Sem. Foenic. Drachm. semis et post digestionem leni calore in vase tecto colari.

DECOCTUM MALTI ACIDULUM seu compositum Ph. castr. Ruthen. — Fit admiscendo Decocti Malti simpl. Libris quatuor Sal. essent. Tartari Drachm. duas, vel Spir. Vitrioli Unc. semis vel Roob Bacc. Oxycoccos vel Melasses et Oxym. simpl., vel Succi Citri Unc. tres. — In alia formula Malti Unc. quatuor, Spec. Turion. Pini comp. Unc. duas cum Aquae Libr. quatuor ad Libr. trium colaturae remanent. coqui, vel Decocti Malti per se et Decocti antiscorbut. aciduli ā̄ā Part. aequales misceri proponit. — Ph. milit. Wurceburg. Malti Unc. quatuor cum Aquae Libr. quatuor suff. coqui et colaturae, si necesse est, addi praescribit Oxym. simpl. Unc. tres ad quatuor. Coqui etiam possunt cum Malto Passul. majores.

DECOCTUM MALVAE Taddei. — Fit coquendo Hb. Malvae sicc. Unc. tres (vel recent. Unc. sex) cum Aquae Libr. quatuor ad Dimidium, et colando.

DECOCTUM MALVAE COMPOSITUM seu pro enemate Ph. Londin. cet. — Fit Hb. Malv. Unc. unam et Flor. Chamom. Rom. Unc. semis cum Aquae Octar. uno per $1/4$ horae coquendo et colando.

DECOCTUM MALVARUM CARMINATIVUM v. Decoctum carminativo-emolliens.

DECOCTUM MANNAE PURGANS v. Aqua laxativa, Decoctum Cassiae cum Manna, Manna liquida cet.

DECOCTUM (Cataplasma) MANDRAGORAE Lebrecht.

Rec. Rad. Mandragor. rec. pulv. Unc. semis. Coque cum Lactis s. q.; admisce Micae Panis albi q. s. ad consistentiam Cataplasmatis.

DECOCTUM MASTICHINUM Disp. Brunsvic.

Rec. Mastich. el. Unc. unam, Crustae Panis albiss. Libr. semis, Macid. Drachm. unam, Aq. puriss. Libr. quatuor. Coquantur ad reman. Libr. duarum; clarificentur cum Rasur. Cornu Cervi et colentur, admisceantur Conserv. Rosar. Unc. quatuor, Aquae Cinnam. s. V. Unc. duas. M.

DECOCTUM IN MENSIUM SUPPRESSIONE Mynsichti.

Rec. Rad. Artemis. rubr., Apii, Asparag., Foenic. ā̄ā Unc. semis, Borac. Venet., Bacc. Lauri excort. et Junip. ā̄ā Drachm. tres, Hb. Centaur. min., Sabin. ā̄ā Drachm. duas, Matricar., Capill. Ven., Nepetae, Puleg., Calaminth., Serpylli ā̄ā Drachm. unam semis, Flor. Chamom. et Buglossi ā̄ā Drachm. unam. Conc. coq. cum s. q. Vini albi generosi ad tertiae Partis consumtionem, sub finem addens Cinnam. acuti Unc. unam semis, Croci et Macid. ā̄ā Drachm. unam; colentur et Decoctum clarum edulcoretur Syr. Succi Artemis. et Capill. Veneris.

DECOCTUM MERCURIALE seu Mercurii Ph. Herbipolit. — Fit coquendo Mercur. vivi dep. Unc. duas cum Aquae Tanaceti Libr. una in vase terreo tecto, Mercurium bacillo *ligneo saepius agitando, et admiscendo Aquae decanth. Syr. Fl. Persicor. Unc. unam.* — Ph. Hamburg. p. paup. edit. prim. Mercur. vivi Unc. unam cum Aq. font. s. q. ad colat. Mensur. unius coqui et Aquae decanth. addi praescribit Oxym. alliati Unc. duas. (V. etiam Aqua mercurialis simplex [p. 79.] et Decoctum anthelminticum Rosensteinii.)

DECOCTUM MERCURIALIS. Bingelkraut-Abkochung. *Decoction de Mercurial* Saunders.

Rec. Fol. Senn. Drachm. sex, Hb. Mercurial. Man. unum semis, Aquae q. s. Coque per semihoram in vase tecto, ut f. colat. Libr. una semis, cui adde Mell. pectoral. Unc. duas.

DECOCTUM AD METRORRHAGIAM seu Corticum Aurantiorum Swediaur. — Fit coquendo Cort. Aurant. Nro. tres cum Aquae Libr. sex ad reman. Libr. duarum, et colando. — Dosi Unc. trium semper admiscendae Naphthae Vitrioli Guttae octo.

DECOCTUM MEZEREI seu Daphnes Mezerei Ph. Suecic.

Rec. Cort. Mezer. Drachm. duas. Coque leni igne in Aquae fluv. Libr. tribus ad reman. Libr. unius semis, sub finem addens Rad. Liquir. Unc. semis, cola. — Ph. Genevens. Aquae Libr. duas semis praescribit, ceterum cum hac formula congruit. — Lebrecht Cort. Rad. Mezerei et ad duarum. Librarum remanent coqui praescribit, ceterum uti Ph. Suecica. — In alia formula Radicem Liquirit. omittit. — Ph. Americ., Edinb. cet. Cort. Rad. Mezer. Drachm. duas et Rad. Liquir. Unc. semis cum Aquae Libr. tribus ad duas coqui et colari praescribunt. — Ph. castr. Boruss. duas Aquae Libras praescribit et ad Sesquilibram coqui, ceterum ut praecedens. — Saunders

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0261-1
DFG

Cort. Mezerei et Rad. Liquir. āā Drachm. duas cum Aquae Libr. tribus ad duas coqui praescribit. — THOMSON sec. RICHARD Cort. Mezerei Drachm. duas et Rad. Liquir. Unc. semis cum Aq. Libr. duabus et Unc. octo ad remanent. Libr. duarum leni igne coqui, tunc colari praescribit. — ST. MARIE Cort. Mezerei Drachm. sex cum Aquae Libr. sex ad quatuor coqui et sub finem adde praescribit Rad. Liquir. Unc. unam, tunc colari.

DECOCTUM MEZEREI (compositum) GIRTANERI sec. AUGUSTIN et LEBRECHT.

Rec. Ligni Sassafr. et Guajaci āā Unc. tres, Rad. Mezer. et Liquir. āā Unc. unam, Sem. Coriandri Drachm. unam. Coq. in Aq. font. Libr. viginti ad colat. Libr. decem.

DECOCTUM MEZEREI COMPOSITUM SWEDIAUR et VAN MONS. — Fit infundendo Cort. Mezer. et Rad. Liquir. āā Drachm. duas, Stip. Dulcamar. Unc. semis, Rad. Bardan. Unc. duas cum Aquae Unc. quadraginta in vase clauso in balneo Mariae per horam unam, colando et post refrigerationem a sedimento decanthando.

DECOCTUM MEZEREI FORTIUS Ph. Suecicae. — Fit, si Drachmarum duarum loco Unc. semis Cortic. Mezerei sumitur; ceterum ut supra.

DECOCTUM MILLEFOLII Disp. Viennens.

Rec. Millefol. cum Flor. purp. Unc. novem, Hb. Tormentill. cum Rad., Pimpinell. cum toto, Plantag., Consolid. sarac., Flor. Rosar. rubr. āā Unc. unam semis. Conc., cont. misceantur species pro usu.

DECOCTUM MUCILAGINEUM v. Decoctum album.

DECOCTUM EX MYRTILLIS VOGEL.

Rec. Rasur. Cornu Cervi, Gummi Arab. vel Rad. Alth., Hordei mund. āā Unc. unam, Bacc. Myrtill. Unc. unam semis. Cum Aq. font. Mensur. quatuor sufficienter coque et cola.

DECOCTUM NARCOTICUM RATIER.

† Rec. Hb. Solani nigri sicc. Unc. duas, Capita Papav. albi Nro. quatuor, Aquae Libr. duas. Coque sufficienter et cola.

DECOCTUM NEPHRITICUM FULLERI.

Rec. Ligni Guajaci Unc. unam, Rad. Paeon. Unc. semis, Calami et Angelic. āā Drachm. duas. Coque cum Aquae Libr. tribus ad remanent. Libr. duarum semis, cola et adde Ol. Anthos Gutt. triginta et Bals. Peruv. nigri Gutt. sedecim cum Vitello Ovi subact., Sacch. albi, Aquae Paeon. āā Unc. duas, Spir. Lavend. et Sal. Ammon. āā Gutt. octoginta.

DECOCTUM NERVINUM SAUNDERS.

Rec. Fol. Aurant. Drachm. sex, Aq. font. Libr. quatuor. Bullitione ad Sesquilibrae remanent. redacti adde Syr. Menth. crisp. et Rutae āā Drachm. sex.

DECOCTUM NICOTIANAE v. Decoctum Tabaci.

DECOCTUM NIGRUM ALLENII Ph. Batav.

Rec. Cort. Peruv. Unc. duas, Chalyb. cum Tartaro parat. Unc. unam. In Aq. font. Libr. tribus lento igne coque ad Libr. duas semis, addens sub finem Cinnam. acuti Drachm. duas. Colat. adde Aquae Absinth. comp. Libr. semis.

DECOCTUM NIGRUM MYNSICHTI.

Rec. Alumin. crudi Libr. unam, Vitrioli virid. Libr. semis, Gall. Turcic. Unc. quatuor, Aerug., Tartari albi āā Unc. duas. M. et coque in Aceti Vini Libr. octo ad Dimidias, tunc adde Spir. Vini rect. Libr. unam, et cola.

DECOCTUM NITROSUM LEWIS. — Fit Nitri dep. Unc. semis, Sacch. albi Unc. duas, Coccionell. Scrup. unum cum Aquae Octar. duabus et semis ad duas coquendo et post aliquam moram colando.

DECOCTUM NUCUM JUGLANDIUM (simplex) AUGUSTIN. — Fit infundendo Nuc. Jugland. immat. Unc. unam cum Aquae Libr. una per 3 horas, deinde ebulliendo per semihoram et filtrando post refrigerationem. — Ph. Genevens. Nuc. Jugl. immat sicc. Unc. tres cum Aq. Libr. quatuor ad Dimidias coqui et colaturae addi praescribit Mellis albi Unc. duas.

DECOCTUM NUCUM JUGLANDIUM COMPOSITUM v. Decoctum POLLINI.

DECOCTUM ODONTALGICUM TIMAEI.

Rec. Rad. Pyrethri et Bistort. āā Drachm. duas, Flor. Rosar. rubr. Man. semis, Hb. Salv. Pug. unum, Cort. Granat., Hb. Tabaci Virg. āā Drachm. unam semis, Nuc. Cupress. Scrup. quatuor, Gallas Nro. tres, Alumin. Drachm. tres. Mixta coquantur cum s. q. Aquae et Aceti et colentur. (Alias formulas pristinas similes praetereamus.)

DECOCTUM OPHTHALMICUM MUCILAGINOSUM = Decoctum Althaeae emolliens.

DECOCTUM ORCHIDIS v. Decoctum Salep.

DECOCTUM ORYZAE Ph. Batavae. — Fit coquendo Oryzae Unc. duas cum Aquae Libr. duabus ad Unc. sedecim, et colando. — GRAY Oryzae Unc. duas cum Aquae Octar. duobus ad unum coqui, vel Oryzae Unc. semis cum s. q. Aquae ad Octar. tres coqui praescribit. — RATIER Oryzae Unc. semis cum Aquae Libr. tribus ad duas coqui, — TADDEI Oryzae Unc. duas cum Aquae Libr. quatuor ad Dimidium coqui praescribit. — Ph. nosoc. civ. Argent. Oryzae Unc. unam cum Aquae Libr. tribus ad duas coqui et colari praescribit.

DECOCTUM (Ptisana seu Tisana) ORYZAE Ph. Gallicae. — Ex Oryza uti Decoctum Hordei mundati Ph. Gallic. paratur.

DECOCTUM, (Ptisana seu Aqua) ORYZAE Formul. des hopit. mil. de France.

Rec. Oryzae mund. et lot. Unc. unam. Coque, usque dum disrupta sit, in Aquae q. s., ut colat. Unc. triginta duae obtineantur, quibus sub finem adde Cort. Aurant. amar. mund. Drachm. duas. Stent in infusione per $\frac{1}{4}$ horae et colentur. — RICHARDI formula cum hac congruit. — Disp. de bureau de Charité de Paris Oryzae Unc. unam cum Aquae Libr. septem ad Libr. quinque semis coqui, et sub finem addi praescribit Rad. Liquir. Unc. semis, tunc colari. — ST. MARIE

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0262-6
DFG

Oryzae lotae Unc. duas cum Aquae Libr. octo ad tertiae Partis consumtionem coqui et sub finem addi praescribit Butyr. rec. Unc. unam, Sacchari vel Salis pro arbitrio quantum requiritur.

DECOCTUM ORYZAE ACIDULATUM seu citratum v. Potus.

DECOCTUM PAPAVERIS seu Capitum Papaveris Ph. Londin. cet. — Fit Capit. Papav. cont. Unc. quatuor cum Aquae Octar. quatuor per ¼ horae coquendo et colando.

DECOCTUM (CAPITUM) PAPAVERIS CUM ALTHAEA Vogt.

Rec. Capit. Papav., Rad. Alth. āā Unc. semis. Conc. coque cum Aquae font. s. q. per ¼ horae. Colat. Unc. quinque adde Liq. Ammon. succin., Spir. Sulph. aeth. āā Drachm. unam semis, Syr. Alth. Unc. semis.

DECOCTUM PAREIRAE Saunders et Swediaur. — Fit coquendo Rad. Pareirae bravae Unc. unam cum Aquae Libr. duabus ad Dimidias, et colando.

DECOCTUM PARIETARIAE Ratier cet. — Fit Hb. Parietar. Unc. unam cum Aquae Libr. duabus sufficienter coquendo et colando.

DECOCTUM PASSULARUM MAJORUM Ph. Batav. — Fit enucleando et coquendo Unc. quatuor cum Aquae Libr. tribus ad colat. Libr. duarum. (V. etiam Potus.)

DECOCTUM PASSULATUM Ph. Helvet. — Fit Passul. min. Unc. duas, Cremor. Tartar. Drachm. duas cum s. q. Aquae per 15 sexagesimas ad colat. Libr. quatuor coquendo et solvendo in colat. Sacchari albi Unc. duas.

DECOCTUM PASSULATUM Mynsichti. — Fit coquendo Passul. min. Unc. quinque, Hord. excort. Unc. tres, Rad. Chin., Liquir et Scorzoner. āā Unc. semis, Cinnam. Drachm. duas et Flor. Viol. sicc. Scrup. unum, cum Aq. font. Libr. sex ad tertias, et clarificando colaturam Album. Ovor. duorum.

DECOCTUM PECTORALE Ph. Augustan., Norimberg. et Disp. Viennens. — Ex Speciebus pectoralibus Augustanorum constat.

DECOCTUM PECTORALE seu Hordei compositum Ph. Hispan.

Rec. Hordei mund. Unc. semis, Aquae Libr. tres. Coque ad Libr. duas, sub finem coctionis adde Hb. Heder. terrestr. Drachm. duas, Rad. Liquir. et Flor. Papav. errat. āā Drachm. unam semis; cola. — Van Mons Passul. enucl., Hord. mund. āā Unc. duas, Caric. Nro. sex cum Aquae Libr. sex sufficienter coqui, tunc brevi tempore infundi praescribit Hb. Capill. Ven. et Flor. Farfar. āā Man. semis, postea colari et in colatura dilui Passul. enucl Unc. duas et Caric. Nro. sex, denique post refrigerationem sine expressione colari. (V etiam Decoctum Hordei compositum et Jujubarum pectorale.)

DECOCTUM PECTORALE Cadet — Fit coquendo Fruct. pectoral. Unc. duas in Aquae Libr. duabus cum dimidia ad duas, et colando.

— Ph. Sardoa Jujub., Caric. et Passul. maj. mund. āā Unc. semis cum Aquae Libr. sex ad tertiae Partis consumtionem coqui, sub finem Rad. Liquir. Unc. semis addi et post refrigerationem colari praescribit. — Taddei Hb. Farfar. Unc. sex, Caric., Passul. maj. et Jujub. āā Unc. duas cum Aquae Libr. duodecim ad tertiae Partis consumtionem coqui, tunc addi praescribit Rad. Liquir. Unc. duas, et post suff. infusionem colari. — Swediaur Rad. Liquir., Hb. Farfar., Heder. terr. āā Unc. duas et Rad. Enulae Unc. unam cum Aquae Libr. novem sufficienter coqui proponit.

DECOCTUM PECTORALE PARISIENSIUM sec. Spielmann.

Rec. Oryzae mund. Unc. unam. Coque cum Aq. font. Unc. centum viginti octo ad crepaturam, tunc infunde per ¼ horae Hb. Capill. Ven. Canad., Flor. Farfar. āā Drachm. duas, Rad. Liquir. et Alth. āā Unc. semis, Flor. Papav. errat. Drachm. unam; post refrigerationem decantha. (V. etiam Ptisana.)

DECOCTUM PECTORALE Ph. Hamburg. p. paup. edit. 2.

Rec. Lichen. Island. et Rad. Seneg. inc. āā Unc. semis. Coque leni igne cum Aq. font. Unc. sedecim ad colat. Unc. decem, cui adde Mell. Liquir. Unc. unam.

*DECOCTUM PECTORALE* Ratier. — Fit *coquendo Polygal. amar. Unc. tres, Hb Farfar.* et Veron. āā Unc. unam cum Aquae Libr. tribus ad tertiae Partis consumtionem, et colando. — Swediaur Lichen. Island. Unc. semis, Polygal. amar. Unc. unam cum s. q. Aquae ad Libr. duarum colaturam coqui praescribit. — Ph. Lusit. edit. prior. Lichen. Island. Drachm. duas, Polygal. Drachm. unam cum Aquae Libr. una semis ad Libr. unam coqui et colaturae addi praescribit Syr. commun. Unc. unam.

DECOCTUM PECTORALE Richard.

Rec. Dactyl., Jujubar., Passul. min. āā Unc. unam. Coque per ½ horam Aquae font. Libr. duabus. Colaturae adde Syr. Gummi aut Alth. Unc. unam.

DECOCTUM PECTORALE Ph. Ticinens. — Miscella ex Decocti Hordei Libr. duarum et Mellis opt. Unc. unius est.

DECOCTUM PECTORALE COMMUNE Brera. — Fit coquendo Hord. mund. Unc. duas cum s. q. Aquae ad crepaturam, ut f. colatur. Libr. duarum, et colando. (V. etiam Decoctum Hordei.)

DECOCTUM PECTORALE CORROBORANS Brera. — Fit coquendo Rad. Seneg. Drachm. duas cum s. q. Aquae per semihoram ad colat. Unc. sex et addendo Oxym. squillit. Unc. unam. (V. etiam Decoctum Senegae et Haustus pectoralis.)

DECOCTUM (APOZEMA) PECTORALE INCISIVUM Bories.

Rec. Rad. et Flor. Tarax. āā Unc. duas, Rad. Alth. Unc. unam, Flor. Chamom. Drachm.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0263-2

tres, Rad. Squill. Drachm. unam semis, Succi Liquir. Unc. unam. Coq. cum s. q. Aquae ad colat. Libr. trium, quibus adde Oxym. squill. et Syr. Alth. āā Drachm. sex.

DECOCTUM PECTORALE IN PHTHISI BRERA. Rec. Stip. Dulcam. Drachm. duas, Sem. Phellandrii aquat. pulv. Drachm. unam. Coque in Aq. font. s. q. ad colat. Unc. octo, adde Emuls. Gummi Arab. Unc. duas, Oxym. simpl. Unc. unam. M.

DECOCTUM PECTORALE NUTRIENS BRERA. Rec. Lichen. Island. Unc. duas, Summit. Pini Abiet. Unc. semis. Coque ad Libr. unius colaturam.

DECOCTUM PECTORALE NUTRIENS ET INCITANS BRERA. Rec. Lichen. Island. lixiviat. Unc. unam, Cort. Peruv. cont. Unc. semis, Rad. Serpent. Virg. Drachm. unam. Coque in s. q. Aq. font. et colaturae Unc. quatuor adde Emuls. Gummi Arab. Unc. quatuor.

DECOCTUM PECTORALE NUTRIENS ET INCITANS CUM LACTE BRERA. Rec. Lichen. Island., Hb. Heder. terr. āā Unc. semis, Chinae Chinae cont. Drachm. duas. Coque in s. q. Aquae font. et colat. Libr. unius adde Lact. vaccini Unc. decem. — Aliud: Rec. Rad. Polygal. Virg. cont. Drachm. duas, Lich. Island. Unc. semis, Stip. Dulcamar. Drachm. unam. Coque in Aq. font. s. q., et colaturae Unc. quatuor adde Lactis vaccini rec. Unc. sex. (*V. etiam Decoctum Lichenis Islandici compositum.*)

DECOCTUM PECTORALE SOLUTIVUM VAN MONS. Rec. Sem. Anisi Drachm. semis, Rad. Liquir., Hb. Hyssopi āā Drachm. unam, Fol. Sennae Drachm. tres. Infunde Aquae tepidae Unc. sex, post refrigerationem cola et adde Syr. Alth. Unc. unam.

DECOCTUM (FOLIORUM) PERSICAE AUGUSTIN. — Fit coquendo Fol. siccat. Persic. Unc. unam cum Aquae Mensur. una ad colat. Mens. trium quadrantium.

DECOCTUM PHTHISICUM FULLERI. — Fit Flor. Bellid. maj. Man. unum, Limac. Nro. tres, Rad. Eryngii cond. Unc. semis, Hordei mund. Drachm. tres cum Aquae Sesquilibra ad Libr. unam coquendo et colando.

DECOCTUM (STROBILORUM seu Turionum) PINI sec. Formul. des hopit. mil. de France. — Fit infundendo per $1/2$ horam Turion. Pini Unc. duas cum s. q. Aquae ad colat. Unc. triginta duarum. Si admiscentur Spir. Cochlear. Unc. duae semis, supplet mixtura Cerevisiam Pini. — Ph. Helvetica Turion. Pini resinos. Unc. quatuor per noctem in s. q. Aquae infundi et postridie mane per $1/4$ horae coqui praescribit, ut f. colat. Libr. quatuor. — RATIER Unc. duas Turion. Pini cum Aquae Libr. duabus l. a. coqui praescribit.

DECOCTUM (TURIONUM) PINI Ph. castrens. Ruthen. Rec. Spec. Turion. Pini comp. Unc. semis, Aquae Libr. unam semis. Coque ad colat. Libr. unius, cui, si libet, addas Sal. essent. Tartari Drachm. semis, vel Spir. Vitrioli Drachm. unam, vel Roob Oxycocc., vel Syr. Melass., vel Oxym. simpl., vel Succi Citri Unc. unam.

DECOCTUM PINI (VINOSUM) HOFFMANNI. — Fit coquendo Turion. Pini Man. tres cum Aquae Sesquilibra per $1/4$ horae in vase tecto, addendo post refrigerationem Vini albi tantundem et colando post diem unum macerationis. — Disp. Fuldense Turion. Pini Unc. tres cum Aquae Libr. duabus ad quartae Partis consumtionem coqui, post refrigerationem Vini albi Libr. unam semis addi et post 24 horarum quietem cum expressione colari praescribit. — Disp. Brunsvic. Turion. Pini Unc. unam, Aquae Libr. unam et Vini albi tantundem praescribit, ceterum ut antea. — SWEDIAUR Turion. Pini Unc. duas cum Aquae Libr. duabus ad tertiae Partis remanent. coqui, tunc addi praescribit Vini albi Libr. unam, ceterum ut antea.

DECOCTUM PINI SAPONATUM SWEDIAUR. — Fit coquendo Turion. Pini Unc. duas et Sapon. albi Unc. unam cum Aquae Sesquilibra ad duarum Partium remanentiam.

DECOCTUM POLLINI seu Nucum Juglandium compositum, Decoctum syphiliticum roborans AUGUSTIN et Ph. Batavae. Pollinisches Decoct. *Tisane de POLLIN.* Rec. Rad. Sassaparill., Chinae nodos., Lap. *Pumic.*, *Antim. crudi*, in petia ligati, āā Unc. semis, Cort. lignei (*Putamin.*) Nucum Unc. decem. Conc. coquantur vase clauso in Mensuris duabus Aquae ad dimidiam consumtionem — RUSTII formula in summa rei cum hac congruit, praescribit autem Cort. ligneos grosse contusos cum Aq. bull. Libr. decem per noctem macerari, tunc reliqua addi et Rad. Sassaparill. et Chinae āā Unc. unam sumi, ceterum ut in praecedente, tunc in olla clausa per aliquot horas, deinde abjecta petia, ad Libr. duarum remanentiam coqui; denique sine filtratione decanthari. — SWEDIAUR Cort. Jugland. Unc. duodeviginti, Rad. Sassaparill., Rad. Chinae, Antim. crudi et Lap. Pumic., in nodulum ligat., āā Unc. semis in Aquae Libr. octo per 12 horas macerari, tunc in vase clauso, rejectis nodulis, ad Libr. quatuor remanentiam coqui et absque filtratione colari praescribit. — Formul. des hopit. de Veneriens et RATIER Putamin. Nuc. Jugl. Libr. unam, Cort. Chin. gris. et Rad. Sassapar. āā Unc. tres, Lap. Pumic. et Antim. crudi āā Unc. unam semis cum Aquae Libr. octo ad dimidium coqui et filtrari praescribit. Colatura in Partes duas aequales dividenda et cuique Parti addendae Sal. Tartari Drachm. duae. — ARMAND sec. VOGT Putamin. Nuc. Jugland. Libr. unam, Rad. Sassapar., Chin. nodos. āā Unc. duas, Antim. crudi pulv. et in nodulum lig. Unc. quatuor cum Aq. font. Libr. viginti ad remanentiam Libr. decem coqui, tunc cum expressione forti colari et liquorem decanthari praescribit. — FERRARINI Cort. rec. Unc. decem, Aquae Libr. quatuordecim praescribit et ad Dimidium co-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0264-8 DFG

qui, ceterum uti in praecedente. — Taddei formula cum hac congruit, nisi quod Cort. Jugland. Unc. quinque praescribit.

DECOCTUM Pollini EMENDATUM Richter sec. Augustin.

Rec. Rad. Sassapar. Unc. unam, Ligni Guajaci Drachm. sex, Cort. virid. Nuc. Jugl. Drachm. duas, Antim. crudi alcohol. Scrup. duos. Coque cum Aquae Libr. tribus ad colat. Libr. duarum. Colat. adde Aq. Cinnam. simpl., Syr. Aurant. aa Unc. unam. — Saunders Rad. Sassapar. Unc. tres, Rad. Chinae Unc. unam semis, Antim. crudi, *in nodulum ligat.*, Unc. duas et Nuc. Jugl. *integros* Nro. triginta cum Aquae Libr. viginti ad Dimidium coqui, — Swediaur ad DECOCTUM SYPHILITICUM ROBORANS *Antimon.* crudi Unc. quatuor, Lap. Pumic., Rad. Sassapar. et Rad. Chinae aa Unc. duas, Nuc. Jugl. immat. sicc. Nro. quadraginta cum Aquae Libr. viginti ad decem coqui et colari praescribit. — In alia formula sec. Ph. Batav. et Gallic. edit. Fee Cort. sicc. Nuc. Jugl. virid. Libr. unam, Rad. Sassapar. et Chinae aa Unc. duas, Antim. crudi in nodulo Unc. quatuor, Lap. Pumic. in nodulo Unc. duas cum Aquae Libr. viginti ad decem coquendo redigi et colari praescribunt.

DECOCTUM POLYCHRESTUM seu Decoctio polychresta Bate.

Rec. Rad. *Polypod. querni* Unc. *tres, Cichor.* Unc. *duas*, Sem. *Foenic.* et Rad. Liquir. aa Unc. unam, Passul. maj. enucl. Unc. quatuor. Coq. et inf. s. a. in Aq. font. per horas 4, colat. Libr. duabus semis adde Succi Cochlear. marin. dep. Unc. octo, Sacch. rubri et Mannae aa Unc. tres; clarifica cum Albumin. Ovorum.

DECOCTUM POLYGALAE Ph. Hispanic. — Fit coquendo Hb. Polygal. amar. Unc. unam cum s. q. Aquae ad Libr. duarum colaturam.

DECOCTUM POLYGALAE AMARAE Ph. Batav. — *Paratur coquendo* Rad. (?) (Plantae totius) Polygal. amar. Unc. duas cum Aquae Libr. tribus ad Dimidium, et colando. — Ferrarini Polygal. amar. vel vulgaris Drachm. duas ad Unc. unam in Aquae Sesquilibra ad tertiae Partis remanentiam coqui praescribit.

DECOCTUM POLYGALAE AMARAE Disp. Fuldens. et Ph. Hamburg. p. paup. edit. 1. — Fit Rad. Polygal. amar. rasae (?, ut veri est simile, Hungaricae) Unc. unam semis in Aquae Unc. duodeviginti ad Unc. duodecim colaturam coquendo et addendo Oxym. simpl. Unc. duas. — Ph. castr. Ruthen. Polygalae Unc. semis cum Aquae Libr. una semis ad Libr. unam coqui et colaturae, si placet, addi praescribit Rad. Squill. ppt. Scrup. unum, Mell. Unc. semis.

DECOCTUM POLYTRICHII seu Adianti aurei sive emmenagogum Bonafon. — Fit Polytrich. aurei Drachm. unam cum Aquae Libr. una ad remanentiam Unc. novem coquendo et colando. — Sumitur cum aequali portione Lactis mixtum.

DECOCTUM DEL Pomponaccio, Ferrarini.

Rec. Rad. Sassapar., Ligni Visci aa Unc. duas, Antim. crudi et Lap. Pumic. aa Unc. unam semis, Aquae Libr. viginti quatuor. Simul in nodulo coque ad Dimidias et cola.

DECOCTUM PRO POTU ORDINARIO Ph. Hamburg. p. paup. edit. secund.

Rec. Hordei mund. Unc. duas, Rasur. Cornu Cervi Unc. unam. Coque leni igne cum Aquae Unc. triginta ad remanent. Unc. viginti, colat. adde Mell. desp. et Aceti Vini aa Unc. duas.

DECOCTUM PRUNI PADI Bremeri, Augustin. — Fit digerendo Cort. Pruni Padi Unc. unam cum Spir. Vini rect. Unc. duabus et Aquae Unc. quinque in vase clauso, exprimendo post refrigerationem et coquendo Corticem remanent. cum Aquae Unc. octo ad Dimidium, et miscendo decoctum cum infuso.

DECOCTUM PRUNORUM CUM SENNA Lieutaud. — Fit Fol. Sennae Unc. unam et Prunor. Libr. semis cum Aquae Libr. duabus per noctem inter cineres digerendo et colando.

DECOCTUM (Apozema) PURGANS Ph. Gallic.

Rec. Hb. rec. Borrag., Buglossi, Cichor. aa Unc. unam, Fol. Senn. Drachm. duas, Salis mirab. Glaub. Unc. semis. Infunde per semihoram in Aq. bull. Libr. duabus. Colaturae adde Syr. de *Pomis comp.* Unc. unam. — Cadet *Hb. rec. Cichor., Tarax., Parietar.* aa Unc. unam, *Fol.* Senn. Drachm. tres, Sal. mirab. Glaub. Unc. semis, Hb. Pimpin., Cerefol., Coriandri aa Pug. unum cum Aquae Libr. duabus per $1/4$ horae coqui, colari et addi praescribit Syr. Cichor. Unc. duas. (V. etiam Decoctum laxans, Potio et Ptisana.)

DECOCTUM PURGANS ANTIPHLOGISTICUM Brera. — Fit coquendo Prunor., in mortario marmoreo ad perfectam Amygdalarum triturat. contusor., Unc. duas in Aquae Libr. tribus ad reman. Libr. duarum, colando et addendo Syr. simpl. Unc. unam.

DECOCTUM PYROLAE UMBELLATAE Ph. Dublin. — Fit macerando Pyrolae totius sicc. Unc. unam in Aquae Octar. duobus per 6 horas, contundendo deinde Herbam, coquendo ad Dimidium et exprimendo.

DECOCTUM QUASSIAE Ph. Hamburg. p. paup. — Fit coquendo Rasur. Ligni Quassiae Unc. unam cum Aquae purae Libr. duabus ad remanent. Libr. unius semis. — Wollkopf Ligni Quassiae Unc. unam cum Aquae Unc. sedecim ad duos Trientes coqui et colari praescribit.

DECOCTUM QUASSIAE Ebermaier.

Rec. Ligni Quass. conc. Unc. unam. Coque cum Aq. font. Unc. sedecim, ut remaneant Unc. octo. Colat. adde Syr. Cort. Aurant. Unc. unam.

DECOCTUM QUASSIAE Vogt.

Rec. Ligni Quass. rasp. Unc. semis. Infunde Aq. fervid. s. q. et macera loco tepido per noctem, deinde coque per sextantem horae et colaturae Unc. quinque adde Spir. sulph. aeth. Drachm. unam semis, Syr. Cort. Aurant. Unc. semis.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0265-4

DECOCTUM QUASSIAE COMPOSITUM v. Decoctum amarum.

**DECOCTUM (CORTICIS) QUERCUS** seu **Quercus Roboris, Tisana adstringens febrifuga.** Eichenrinden = Abkochung. *Decoction d'Ecorce de Chêne.* — Fit infundendo Cort. Quercus cont. Unc. unam in Aquae purae Unc. decem in balneo Mariae per semihoram in vase tecto, saepius agitando, ut fiant colaturae Unc. octo.

Ph. castrens. Boruss. Cort. Quercus tenerioris minut. conc. Unc. duas cum Aquae Unc. sedecim ad remanent. Unc. duodecim coqui, tunc colari praescribit. — Ph. Londin. Cort. Quercus Unc. unam cum Aquae Octariis duobus ad unum coqui et colari praescribit. — Ph. Edinburg. et aliar. Anglicar. formulae cum hac congruunt — Taddei Cortic. Unc. tres cum Aquae Libr. quatuor ad Dimidias coqui proponit. — Alias formulas praetereamus.

DECOCTUM QUERCUS CUM ACETO v. Fomentatio antiseptica.

DECOCTUM QUERCUS CUM ALUMINE v. Fotus seu Fomentatio adstringens.

DECOCTUM QUINAE SIMPLEX, COMPOSITUM, RADICIS cet. v. Decoctum Chinae cet.

*DECOCTUM (Apozema) quod dicitur DE QUINQUE RADICIBUS Ph. Gallic.*

Rec. Rad. Asparagi, Rusci, Eryngii āā Unc. semis. Coq. cum Aq. Libr. duabus per ½ horae, sub finem addens Rad. Petrosel. et Foenic. āā Drachm. duas. Post aliquot sexagesimas cola et adde colaturae Syr. 5 Rad. aperient. Unc. unam et Nitri dep. Gran. viginti. — Cadet Nitri loco Oxym. squill. Unc. semis sumi proponit.

† DECOCTUM Rasorii a Soresina Ph. Parm.

Rec. Cort. Rad. Bardan. Unc. octo, Hb. Fumar. sicc. Unc. unam, Fol. Sennae Orient. Unc. unam semis, Alumin. usti Unc. semis, Merc. subl. corros. Gran. quadraginta, Aq. font. Libr. viginti. Decoque diligenter in vase terreo vitreato ad Libr. decem remanentiam, et cola cum expressione.

**DECOCTUM (CORTICIS RADICIS) RATANHIAE.** Ratanhienrinden=Abkochung. *Decoction d'Ecorce de Ratanhia.* — Fit infundendo in balneo Mariae Cort. Ratanhiae conc. Unc. unam in Aquae fervidae Unc. decem per semihoram in vase tecto, saepius agitando, tunc colando.

Niemannus in Ph. Batav. ad DECOCTUM RATANHIAE Radicis cum Cort. Unc. semis cum Aquae Libr. duabus ad Libr. semis remanentiam coqui praescribit, quod nimis longi temporis. — Ferrarini huic Decocto Sacchari albi Drachm. duas ad quatuor addi proponit. (V. etiam Ptisana.)

DECOCTUM REFRIGERANS seu temperans Gray. — Fit admiscendo Decocti Hordei Librae uni Acidi Salis Drachm. unam et Syr. simpl. Drachm. duas. (V. etiam Decoctum temperans.)

DECOCTUM REFRIGERANS et LEVITER PURGANS Brera.

Rec. Mannae el. Unc. duas. Coq. in s. q. Aquae ad colat. Libr. unius, cui adde Aq. Flor. Cassiae Unc. unam. — Alia formula: Rec. Pulpae Tamarind., Mannae el. āā Unc. unam semis. Coq. in s. q. Seri Lactis vacc. ad colat. Libr. duarum.

DECOCTUM REGALE v. Ptisana.

DECOCTUM Reichenbachii.

Rec. Antim. crudi, in petia ligati, Unc. semis, Rad. Sarsapar. Unc. tres, Collae Piscium Unc. unam. Coque cum Aquae Libr. septem usque ad octo ad remanentiam Libr. duarum.

DECOCTUM RESOLVENS, aperiens, Ph. Hamburg. p. paup.

Rec. Rad. Tarax. inc. Unc. quatuor. Coq. cum Aq. font. Libr. duabus ad Libr. unius colaturam, tunc adde Cremor. Tartari Unc. unam, Boracis Venet. Drachm. tres et Mell. Liquir. Unc. duas. — Disp. Fuldens. Rad. Tarax. Unc. quatuor cum Aquae Libr. tribus ad Dimidium coqui et in colatura solvi praescribit Boracis et Cremor. Tartari āā Unc. semis, Mell. desp. Unc. duas. — Ph. Hamb. p. p. edit. prim. formula cum hac congruit. (V. etiam Decoctum Taraxaci compositum.)

*DECOCTUM RESOLVENS* Burdach.

Rec. Rad. *Helleb. nigri Drachm.* duas. Coque ex Aquae Libr. una ad colat. Unc. octo, adde Kali tartar. Unc. semis, Mell. dep. Unc. duas. — Vel: Rec. Carb. Spong. marin. Unc. unam. Coque ex Aq. font. Libr. duabus ad colaturam Librae unius, adde Syr. Cinnam. Unc. unam. (V. etiam Decoctum strumale.)

DECOCTUM RESOLVENS Haenii Ph. Gandavens.

Rec. Rad. Gramin. et Tarax. āā Unc. duas. Inc. coq. ex Aq. pluvial. Pintis tribus ad Pintas duas; in colat. dissolve Salis polychresti Unc. semis et adde Oxym. simpl. Unc. quatuor.

DECOCTUM RESOLVENS Hausleutneri v. Decoctum Spongiae combustae.

DECOCTUM RESOLVENS Richardi sec. Sundelin.

Rec. *Stip. Dulcamar.* Unc. semis, Sem. Phellandr. aq. *Drachm.* duas. Coque ex Aquae Unc. sedecim ad colaturam Unc. octo.

DECOCTUM RESOLVENS *Ph. Ticinensis.* — Est Decoctum Graminis ex Unc. una Radicis cum s. q. Aquae ad colaturam Libr. duarum factum.

DECOCTUM RESOLVENS ANTIMONIALE Ph. Hamburg. p. paup.

Rec. Rad. Tarax. inc. Unc. duas. Coq. cum Aquae Libr. una ad colaturam Libr. semis, in qua solve Extr. Chelid. maj. Drachm. duas, Tartari emet. Gran. duo.

DECOCTUM RESOLVENS ET DIURETICUM (seu Tisana) Brera. — Paratur solvendo

in Decocti Gramin. Libr. una Extr. Trifol. fibr. et Nitri dep. āā Drachm. unam et Oxym. squillit. Unc. unam. — In alia formula Decocti Gramin. Libr. unam cum Liquor. Terrae fol. Tartari Unc. duabus misceri praescribit.

DECOCTUM (ANIMA) RHABARBARI Ph. Hispanic. — Fit Rad. Rhabarb. conc. Drachm. duas cum Aquae Unc. octo leviter coquendo et colando. (V. etiam Infusum et Tinctura.)

DECOCTUM RHEI AMARUM.

Rec. Rad. Rhabarb. Drachm. unam ad unam semis, Rad. Gentian. rubr. Drachm. unam. Coq. cum s. q. Aquae in vase clauso per semihoram. Colaturae expressae Unc. quatuor adde Tartari tartaris. Drachm. duas, Aq. Menth. pip. Unc. duas. — *Aliud*: Rec. Rad. Rhabarb. Drachm. duas, Ligni Quass. Unc. semis. Digere per 12 horas cum Aquae ferv. Unc. quinque. Colaturae adde Tinct. aromat. Drachm. unam, Syr. Cort. Aurant. Unc. semis.

DECOCTUM RHEI CUM SENNA Augustin.

Rec. Rad. Rhabarb. el. Drachm. unam, Fol. Sennae Drachm. duas, Sal. Seignette Unc. semis. Coq. cum Aquae font. s. q., colaturae Unc. sex adde Mann. el. Unc. duas.

DECOCTUM RHODODENDRI CHRYSANTHI Ph. castrens. Ruthen. — Fit Hb. sicc. Drachm. duas cum Aq. fervid. Libr. una leni calore per 12 horas *digerendo et colando.*

DECOCTUM ROBORANS Berends.

Rec. Rad. Tormentill. Unc. semis. Coq. ex Aq. Unc. decem ad colat. Unc. sex, adde Tinct. Cinnam. Drachm. duas, Syr. Cort. Aurant. Unc. unam. — Vel: Rec. Cort. Angustur. genuin. Drachm. sex. Coque ex Aq. Unc. duodecim ad remanentiam Unc. sex, adde Tinct. arom. Drachm. duas, Syr. Cort. Aurant. Unc. unam. — Vel: Rec. Rad. Polygal. am. Unc. unam. Coq. ex Aq. Unc. quatuordecim ad colat. Unc. octo, adde Spir. muriatico-aeth. Drachm. unam, Syr. Alth. Unc. unam. — Vel: Rec. Rad. Columbo Unc. semis. Coque ex Aq. Unc. decem ad colat. Unc. sex, sub finem coctionis adde Cort. Cascarill. Drachm. duas; colaturae admisce Tinct. Cort. Aurant. Drachm. duas, Syr. Cinnam. Unc. unam.

DECOCTUM ROBORANS Gray. — Ex Decocti Chinae Unc. duabus cum dimidia, Infusi Gentianae comp. Unc. una, Tinct. Cascarillae et Ol. Tartari per deliq. āā Drachm. duabus constat. — Aliud Mixtura est ex Decocti Chinae Unc. sex, Tinct. Chinae Unc. semis, Confect. aromat. Scrup. uno et Spirit. Ammonii aromat. Drachm. una.

DECOCTUM ROBORANS Consbruch.

Rec. Hb. Salv. Drachm. sex. Coq. ex Aq. Unc. decem ad colat. Unc. quatuor, adde Vini rubri opt. Unc. duas, Sacch. albi Unc. semis.

DECOCTUM ROBORANS Kretschmar.

Rec. Cort. Peruv. reg. Unc. semis. Coq. ex Aq. dest. Unc. novem, Acidi sulph. diluti Drachm. una ad remanent. Unc. sex, colaturae refrigeratae adde Spir. sulph. aeth. Drachm. unam.

DECOCTUM ROBORANS Pommer.

Rec. Rad. Alth. Drachm. duas. Coque ex Aq. Unc. tribus ad colat. Unc. duarum, adde Gummi Mimos. Drachm. unam, Ferri muriat. Scrup. semis, Syr. Alth. Drachm. sex.

DECOCTUM ROBORANS Sundelin.

Rec. Rad. Ratanh. Unc. unam. Coq. ex Aq. Unc. sedecim ad colat. Unc. octo, adde Syr. Cinnam. Unc. unam semis, Mixt. sulph. acid. Drachm. unam.

DECOCTUM ROBORANS Vogel.

Rec. Cort. Peruv. Unc. unam. Coq. ex Aquae Unc. duodecim ad colat. Unc. quatuor, adde Succi Citri rec. expr. Unc. tres, Vini Rhenani opt., Syr. Rubi Idaei āā Unc. unam. (V. etiam Decoctum antifebrile, Mixtura, Potio et Ptisana.)

DECOCTUM RUBI VILLOSI Ph. Americ. et Batav. — Fit coquendo Rad. Unc. unam cum s. q. Aquae ad colat. Unc. octo.

DECOCTUM RUBIAE TINCTORUM Bate. — Fit coquendo Rad. Rub. tinct. Unc. duas, Sem. Anisi, Rad. Liquir. āā Unc. semis in Aq. font. Libr. quatuor ad Dimidias, et colando.

DECOCTUM RUBIAE TINCTORUM Swediaur.

Rec. Rad. Rubiae tinct. Unc. unam, Macid. Drachm. duas, Aquae Libr. duas. Coque ad *tertiae Partis consumtionem*, cola et adde *Tinct. aromat. Drachm. duas, Syr. Acetosit.* Citri Unc. duas.

DECOCTUM RUBIAE TINCTORUM COMPOSITUM (ALCALINUM) Ph. Herbipolit.

Rec. Rad. Rhabarb., Rub. tinct. āā Drachm. tres, Sal. Tartari Drachm. duas, Aquae font. Libr. tres semis. M.; coque per horam unam, colaturae admisce Syr. Zinzib. Unc. duas semis. — Levret Rad. rec. Unc. unam vel sicc. Unc. semis et Tart. tartaris. Drachm. duas cum Aq. Libr. duabus per horam coqui et colat. addi praescribit Mell. dep. Unc. duas. — Sydenham Rad. Rubiae tinct. et Curcumae āā Unc. unam, Chelidonii cum toto, Hb. Centaur. min. āā Man. unum cum Aq. et Vini Rhenani āā Libr. duabus sufficienter coqui et colaturae addi praescribit Syr. 5 Rad. aper. Unc. duas.

DECOCTUM RUBICUNDUM Bate. — Fit coquendo Cornu Cervi rasp. Unc. unam, Coccionell. integr. Drachm. semis, in Aq. font. q. s. ad Libr. unam semis colat., et addendo Aq. Cinnam. hordeat. Unc. unam semis, Sacchari albiss. q. s.

DECOCTUM RUBRUM APERIENS Ph. Paris.

Rec. Rad. Fragar., Tarax., Eryngii, Oxalidis, Cichor. silv., Rub. tinct. āā Unc. semis. Bulliant in Aq. commun. Libr. decem ad Libr. octo; tunc adde Hb. Borrag., Buglossi, Scolop., Agrim., Artemis. alb. āā Unc. unam. Remove ab igne, infunde per horae quadrantem, decantha.

DECOCTUM RUTAE ZINCATUM v. Aqua ophthalmica Odheli (p. 88.).

† DECOCTUM SABINAE Ph. Batav. — Fit coquendo Hb. Sabin. Unc. unam cum Aquae Libr. una ad colat. Unc. sex. Admiscere potes Syrupi cujuslibet Unc. unam.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0267-5
DFG

† DECOCTUM SABINAE Kopp.

Rec. Pulv. Hb. Sabin. Unc. unam. Infunde Aq. fervid. q. s. Colaturae refrig. Unc. octo adde Borac. Venet. Scrup. quatuor.

DECOCTUM SACRUM Fulleri. — Fit Rad. Serpent. Virg. Drachm. sex cum Aquae Libr. una ad Dimidium coquendo, colando; residuum iterum pari modo cum Libra una Aquae coquendo et inter ebulliendum addendo Coccionell. Scrup. semis, colando, miscendo Decocta et solvendo in illis leni calore in vase clauso Theriac. Venet. Unc. semis et Mell. Unc. unam.

DECOCTUM SAGO. — Fit coquendo Sago abluti Drachm. duas cum Aqua vel Jure Carni vel Vino ad Libr. unam semis, et addendo in fine Succi Citri paullulum.

DECOCTUM seu INFUSUM SALEP vel Orchidis Disp. Lippiaci.

Rec. Rad. Salep. pulv. Scrup. duos. *Affunde sensim semper triturans* Aquae Unc. semis, *tritura donec pulvis* quadruplum volumen obtinuerit, deinde adde successive Aq. bull. Libr. unam semis et coque per semihoram semper agitans et cola adhuc fervidum. — Ph. Wurzeburg. Salep Drachm. unam cum Aquae Unc. sedecim ad Libr. unius remanent. coqui praescribit. — Saunders Rad. Salep. Drachm. duas cum s. q. Aquae ad Libr. duarum colat. coqui et addi praescribit Syr. Papav. et Diacodii āā Unc. unam. (V. etiam Gelatina et Mucilago.)

DECOCTUM SALICARIAE seu Lysimachiae purpureae Ph. Batav. — Fit coquendo Herbae Unc. unam cum Aquae Libr. una ad colat. Unc. octo.

DECOCTUM SALICIS. Weidenabkochung. *Decoction d'Ecorce de Saule.* — Ex Cortice Salicis Helicis uti Decoctum Chinae (p. 225.) paratur. — Ph. castrens. Borussic. Cort. Salic. laureae Unc. unam semis cum Aquae Unc. quindecim ad colat. Unc. novem coqui praescribit. — Ph. Batav. Cort. Salic. laur. Unc. unam cum Aq. Unc. sedecim ad Unc. octo colaturae coqui jubet. — Ph. Francof. p. p. uti Decoctum Hippocastani parari suadet. (V. etiam Infuso-Decoctum.)

DECOCTUM (seu Decoctura) SALICIS COMPOSITUM Ph. castrens. Ruthenae. — Fit coquendo Cort. Salic. Drachm. novem et Rad. Gentian. lut. Drachm. unam cum Aquae Sesquilibra ad Librae unius remanentiam. — Interdum addi possunt Cortic. Quercus Drachm. duae.

DECOCTUM (CORTICIS) SAMBUCI Boerhaavii.

Rec. Cort. inter. Sambuci Man. tres. Coque cum Aq. font. et Lact. vacc. āā Libr. una ad colaturam Libr. unius, et cola.

DECOCTUM (LIGNI) SANTALI CITRINI Ph. Batav. — Fit coquendo Rasurae Unc. semis cum Aquae Libr. duabus ad colat. Libr. unius.

DECOCTUM (SEMINIS) SANTONICI seu Cinae Ratier. — Fit Sem. Cinae Unc. semis cum Aquae Libr. duabus paullulum coquendo et colando. — Gray Sem. Cinae Unc. duas cum Aquae Unc. viginti ad colat. Unc. sedecim coqui praescribit. — Taddei Sem. Cinae Unc. quatuor cum Aquae Libr. sex per 4 ad 6 horas macerari, tunc ad Dimidias coqui et cum levi expressione colari praescribit.

DECOCTUM (HERBAE) SAPONARIAE Swediaur. — Fit coquendo Hb. Libr. semis cum Aquae Libr. octo ad Dimidias.

DECOCTUM (RADICIS) SAPONARIAE Ph. Batav. — Fit coquendo Rad. Unc. duas cum Aquae Libr. quatuor ad colat. Libr. duas.

DECOCTUM SARSAE seu SARSAPARILLAE, Tisana Sassaparillae. Saſſaparill-Abſud oder -Abkochung. *Decoction ou Tisane de Salsepareille.*

Rec. Rad. Sassaparill. minutim conc. Unc. duas. Macera in Aquae purae Unc. viginti per 12 horas; tunc calefac in balneo Mariae per 2 horas saepius agitans, et cola cum expressione.

Ph. Americ. Sassaparill. Unc. sex cum Aquae Octar. sex ad Octarios quatuor coqui, tunc colari praescribit. — Ph. Edinb. Unc. sex Sassapar. cum Aquae Libr. octo pariter tractari praescribit. — Ph. Dublin. et Londin. Sassaparill. Unc. quatuor cum Aquae Octar. quatuor per 4 horas in vase clauso digeri, deinde Radicem eximi, contundi et iterum cum liquore decanthato per 2 horas digeri, tunc ad Dimidias coqui et colari praescribunt. — Ph. Suecic. formula cum hac congruit. — Ph. Lusit. ad Unc. sex Sassapar. decem Aquae Libr. praescribit, ceterum tractari uti Ph. Edinb. ad Libr. quinque remanentiam. — Ph. Batav. Sassaparill. Unc. tres cum Aquae Libr. sex ad colaturam Libr. duarum coqui praescribit. — Codex Hamburg. cum quatuor Aquae Libris coqui praescribit, ceterum cum hac formula congruit. — Lebrecht Rad. Sassap. Unc. tres cum Aq. ferv. Libr. tribus per 12 horas infundi, deinde ad Libr. duas coqui et sub finem addi praescribit Rad. Liquir. Unc. unam, tunc colari. (Alias praescriptiones parum discedentes praetereamus.)

DECOCTUM SASSAPARILLAE ex Callac v. *Ptisana.*

DECOCTUM SASSAPARILLAE COMPOSITUM seu cum Mezereo *Ph. Londin.*, Batav. cet. — Fit coquendo Ligni Sassafr., Guajaci et Rad. Liquir. āā Unc. unam et Cort. Rad. Mezer. Drachm. tres cum Decocti Sassaparillae Octar. quatuor per $1/4$ horae, et colando. — Gray formula cum hac congruit. — Ph. Dublin. Rad. Sassapar. Unc. unam semis, Ligni Guajaci et Cort. Sassafr. āā Drachm. duas cum Aquae Octar. tribus leni calore per 6 horas digeri, tunc ad Dimidias coqui, sub finem addi praescribit Cort. Rad. Mezer. Drachm. unam, Rad. Liquir. Drachm. duas, et colari. — Ph. Lusit. Decocti Sassapar. Lu-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0268-1
DFG

sit. quantitati designatae sub finem addi praescribit Cort. Mezerei Unc. semis, Rad. Liquir. Unc. tres et post horae digestionem colari. — GIRTANER Rad. Sassapar. Unc. tres et Cort. Mezer. Drachm. duas cum Aquae Libr. tribus coqui et sub finem addi praescribit Rad. Liquir. Unc. unam semis, ut f. colatura Libr. duarum. — Ph. Suecica Decocti Sassapar. Unc. sexaginta cum Ligni Sassafr., Guajaci et Rad. Liquir. āā Unc. una et Cort. Mezer. Drachm. tribus per ¼ horae coqui et colari praescribit. (V. etiam Decoctum antivenereum Ulyssiponense, Guajaci compositum, Lusitanicum, sudoriferum et Ptisana.)

DECOCTUM SASSAPARILLAE EDULCORANS. Ph. Hispan.

Rec. Rad. *Sassapar.* et Rad. Chin. conc. āā Unc. duas, Rasur. Ligni Santali rubri Drachm. sex et Cornu Cervi Unc. semis. Digere per 24 horas et coque in Aquae Libr. duodecim ad *Libr.* sex, sub finem addens Ras. Ligni Santali citr. Drachm. sex, Sacchari Unc. sex. Cola ad usum.

DECOCTUM SATURNINUM = Acetum.

DECOCTUM SCELOTYRBICUM FULLERI.

Rec. Turion. Pini Man. quatuor, Chinae opt. Unc. semis. Coque in Aq. Libr. duabus sub finem addens Succi rec. Tarax. Unc. quatuor, cola et adde Spir. Cochlear. Unc. semis, Aquae Raphani et *Roob Sambuci* āā *Unc.* quatuor.

DECOCTUM SCILLAE Ph. Americ., Batav. cet.

Rec. Rad. Scillae Drachm. tres, Juniperi Unc. quatuor, Rad. Seneg. Unc. tres, Aquae Octar. quatuor. Coque ad Dimidias, tunc cola et adde Spir. Nitri dulc. Unc. quatuor.

DECOCTUM SCORBUTICUM BATE.

Rec. Conos Abietis Nro. quatuor; incide conum quemque in Part. quatuor, adde Hb. Tritici viresc. Unc. duas, liquor. posset. cum *Vino albo fact.* Libr. tres. Coque ad Libr. duas, colaturae frigidae adde Spir. Cochlear. Unc. semis, Syr. Aurant. et de *Pomis* alter. āā Unc. unam semis. (V. etiam Decoctum antiscorbuticum.)

DECOCTUM SCORZONERAE BEZOARDICUM et SOLUTIVUM v. Decoctum bezoardicum CURVI.

† DECOCTUM SECALIS CORNUTI PRESCOT sec. AUGUSTIN. Mutterkornabkochung. *Decoction d'Ergot.* — Fit coquendo Secalis cornuti cont. Drachm. unam cum s. q. Aquae ad colat. Unc. quatuor.

† DECOCTUM SECALIS CORNUTI IN LEUCORRHOEA ET HAEMORRHAGIA UTERI sec. BAZONY. — Fit Secalis cornuti Scrup. unum cum Aquae Unc. octo sufficienter coquendo et colando.

DECOCTUM SEMINUM CYDONIORUM v. Decoctum Cydoniorum.

DECOCTUM SENEGAE seu Polygalae Senegae sive Virginicae. Senega-Abkochung. *Decoction de Senega*, Ph. Edinb., Americ. cet. — Fit coquendo Rad. Seneg. cont. Unc. unam cum Aquae Libr. duabus ad colat. Unc. sedecim. — Ph. Londin. Aquae Octar. duos et coqui ad Dimidias praescribit, ceterum ut in praecedente. — Ph. Herbipolit. Rad. Seneg. Unc. unam cum Aquae Libr. duabus ad Dimidias coqui praescribit. — Disp. Fuldense et Ph. Genevens. Sesquilibram Aquae praescribunt, ceterum ut in praecedente. — TADDEI Seneg. Drachm. unam cum Aquae Libr. una in vase tecto per aliquot sexagesimas coqui, — FERRARINI Drachm. semis Radic. cum Aq. Libr. una ad octo Unc. coqui praescribit. — TENNANT sec. Ph. Batav. Rad. Seneg. Unc. tres cum Aq. Libr. duabus ad tertiae Part. consumtionem coqui praescribit. — SAUNDERS et SWEDIAUR Decocto sec. Ph. Herbipolit. Syr. simpl. Unc. unam addi proponunt. — ELLIS Rad. Seneg. Unc. unam et Rad. Liquir. Unc. semis cum Aquae Sesquioctario ad Octar. unum coqui praescribit. — WOLLKOPF Rad. Seneg. Drachm. duas cum Aquae Unc. sex ad Dimidias coqui et colaturae addi praescribit Spir. Sal. Ammon. anis. Drachm. semis, Syr. Alth. et Oxym. squill. āā Unc. semis.

DECOCTUM SENEGAE CUM ALTHAEA EBERMAIER.

Rec. Rad. Alth. Unc. unam, Seneg. Drachm. tres. Conc., cont. coquantur Aq. font. Unc. *sedecim ad remanent. Unc. octo*, colat. admisce *Liq. Kali acet.*, Extr. Gramin. liq. āā Unc. unam, Spir. muriatico-aeth. Drachm. unam.

DECOCTUM SENEGAE (CUM ALTHAEA) VOGT.

Rec. Rad. Alth. Drachm. sex, Seneg. Drachm. tres. F. decoctum, colaturae Unc. decem adde Sulph. Antim. aurat. Gran. decem, Extr. Hyosc. Scrup. unum, Spir. Salis Ammon. anis. Drachm. duas, Syr. Alth. Drachm. sex.

DECOCTUM SENEGAE MITIUS BOUVARTI sec. Ph. Batav. — Fit coquendo Rad. Seneg. conc. Unc. unam cum Aquae Libr. duabus ad tertiae Part. consumtionem.

DECOCTUM SENNAE MYNSICHTI.

Rec. Fol. Sennae Drachm. tres, Acidi (Cremoris) Tartari Drachm. unam. Infunde per noctem Aq. Fumar. calid. Unc. quatuor, deinde coque parum ad solut. Tartari, et *in* colat. calida solve Mannae Calabr. Drachm. sex. Iterum cola et adde Aq. Cinnam. Drachm. unam, Elaeosacch. Citri Scrup. semis.

DECOCTUM SENNAE CUM RHABARBARO MYNSICHTI. — Fit pari modo, Fol. Sennae Drachm. duas sumendo et insuper Rad. Rhabarb. Drachm. unam addendo, ceterum ut in praecedente. (V. etiam Aqua laxativa.)

DECOCTUM SERPENTARIAE COMPOSITUM LEWIS. — Fit Rad. Serpent. Virg. Drachm. sex cum Aquae Octar. duobus ad Dimidium coquendo, sub finem addendo Coccionell. Scrup. unum et Theriac. Edinb. Unc. semis, et colando.

DECOCTUM SERPENTARIAE VIRGINIANAE RATIER. — Fit Rad. Serpentar. conc. Unc.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0269-9

unam cum Aquae Libr. duabus sufficienter coquendo et colando.

DECOCTUM (CORTICIS) SIMARUBAE Ph. Batav. — Fit coquendo Cort. Drachm. duas ad Unc. semis cum Aquae Libr. duabus ad colat. Unc sex. — Disp. Fuldens. Cort. Unc. semis cum Aquae Libr. una ad colat. Unc. octo coqui praescribit. — Ph. Genev. Simarub. Drachm. duas cum Aquae Sesquilibra ad Unc. duodecim coqui jubet. — Saunders formula cum hac congruit, praescribit autem pro re nata Unc. semis Simarubae sumi. — Formul. des hopit. mil. de France Cort. Unc. semis cum s. q. Aquae per horae quadrantem ad colat. Libr. duarum coqui praescribit.

DECOCTUM SIMARUBAE COMPOSITUM Heckeri.

Rec. Cort. Simarub., Lichen. Island. el. aa Unc. semis. Coque cum Aq. q. s. ad colat. Unc. quatuor vel sex et adde Laud. liq. Sydenh. Scrup. unum ad Drachm. semis et Syr. Cinnam. Unc. semis.

DECOCTUM SMILACIS SASSAPARILLAE v. Decoctum Sassaparillae.

DECOCTUM SOLANI TUBEROSI. — Fit coquendo Tubera cum s. q. Aquae, donec emollita sint, et colando. Secundum necessitatem Decoctum plus minus forte aut debilius paratur.

DECOCTUM SPARTII CACUMINUM seu Summitatum Genistae Gray. — *Fit coquendo Spartii Cacumin. conc. Unc. unam cum* Aq. dest. Octario uno ad Dimidium et colando.

DECOCTUM SPECIERUM EMOLLIENTIUM Henry et Guibourt. *Hydrolé d'Espéses émollientes.* — Fit coquendo Spec. emoll. Unc. unam cum Aq. Unc. triginta duabus per 1/4 horae, et colando.

DECOCTUM SPECIERUM GUAJACI COMPOSITARUM seu Lignorum Ph. castrens. Ruthen. — Fit coquendo Specier. Unc. tres cum Aq. bull. Libr. tribus ad duas, sub finem addendo Rad. Liquir. Drachm. tres, et colando. (V. etiam Decoctum Guajaci compositum.)

DECOCTUM SPECIERUM GUAJACI CUM MEZEREO Ph. castrens. Ruthen. — Obtinetur addendo singulis Libris Decocti praecedentis Cort. Mezer. Drachm. unam. — Vel miscendo Decocti Spec. Guajaci et Decocti Mezer. aa Part. aequales.

DECOCTUM SPECIERUM LIGNORUM v. Decoctum Lignorum.

DECOCTUM SPIGELIAE ANTHELMIAE Disp. Fuldens.

Rec. Hb. Spigel. anthelm. Unc. unam semis, Aq. font. Libr. duas. Coque ad quartae Partis consumtionem, colaturae adde Succi Citri Drachm. sex, Syr. Rhabarb. Unc. duas. — Ph. Herbipolit. Hb. Spigel. anthelm. Man. duos et Syr. Flor. Persic. Unc. duas praescribit, ceterum uti in praecedente. — Brownius Spigel. Man. duos cum Aquae Octar. quatuor ad duos coqui et colaturae pro lubitu Sacchar. et Succ. Citri addi praescribit.

DECOCTUM SPONGIAE USTAE seu strumale Ph. Batav. — Fit coquendo Spong. combust. Unc. semis cum Aquae Libr. una ad colat. Unc. sex.

DECOCTUM SPONGIAE USTAE Hausleutneri sec. Augustin cum Aqua strumali (p. 90.) congruit, omissis tamen Aqua Cinnamomi et Syrup. Aurant. — Ph. Sardoa Lap. Pumic., Spong. marin., Oss. Sepiae, Pilar. marin. aa Unc. tres et Salis Gemmae Unc. duas in Olla comburi, tunc contundi et cum Aquae Libr. quindecim per 24 horas digeri, deinde filtrari praescribit.

† DECOCTUM (SEMINIS) STAPHIDIS AGRIAE Ranquei sec. Ph. Batav. — Fit coquendo Sem. Staph. agr. cont. Unc. unam cum Aquae Libr. una semis ad colat. Libr. unius, cui admiscentur Tinct. Opii simpl. Guttae quatuor et viginti. — Externe in scabie adhibetur.

DECOCTUM STOMACHICUM RESOLVENS Brera. — Fit solvendo in Decocti amari Br. Libr. una Extr. Taraxaci Drachm. unam et Nitri puriss. Drachm. unam semis. — Aliud ex Decocti amari Libr. una, Tinct. Rhabarb. aquos. Unc. quatuor et Terr. fol. Tartari Drachm. duabus constat.

DECOCTUM STRAMONII seu Daturae Ellis. — Fit coquendo Hb. Stramon. Drachm. duas cum Lactis Sesquioctario ad tertiae Partis consumtionem.

*DECOCTUM STROBILORUM PINI v. Decoctum Pini.*

DECOCTUM STRUMALE *seu AD* STRUMAS Ph. Hannov. ed. primae cum Aqua strumali (p. 90.) congruit.

DECOCTUM STRUMALE Corvini. — Fit coquendo Lapid. Spong. et Spong. ustar. aa Unc. semis et Pilar. marin. ust. Drachm. unam cum Aquae Libr. duabus ad colat. Libr. unius, et addendo Syr. Cinnam. Unc. unam.

DECOCTUM (CORTICIS) SUBERIS Pierquin. — Fit coquendo Suberis rasp. Scrup. duos cum Aquae Octar. duobus ad Dimidias. — Bories huic Decocto addi jubet Syr. Capill. Vener. Unc. duas.

DECOCTUM SUDORIFERUM Richard sec. Spielmann.

Rec. Ligni Guajaci Unc. duas, Rad. Sassapar., Rad. Chinae aa Unc. semis, Antim. crudi Unc. duas. Inc., cont. *macerentur per nychthemerum in Aquae calidae Unc. sex et nonaginta.* Bulliant in vase obturato per horae unius spatium, tunc adjiciantur Ras. Ligni Sassafr. Unc. una, Rad. Caryophyll. inc. Unc. semis, Bacc. Junip. cont. Drachm. duae. Bulliant adhuc per 1/4 horae, deinde colentur. — Ph. Parisiens. L Guajaci Unc. unam semis, Rad. Chinae et Salsepar. aa Unc. duas, et Lign. Sassafr. Drachm. tres praescribit, Antim. crudum autem et Bacc Juniperi omittit, Rad. Caryoph. loco Rad. Liquir. Unc. semis sumi jubet, ceterum cum hac formula congruit. — Van Mons Ligni Guajaci, Rad. Sassapar. aa Unc. unam semis, Rad. Liquir. Unc. semis et Sassafr.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0270-1

Drachm. duas praescribit. Coqui jubet Sassaparillam cum Aquae Libr. quinque per semihoram, tunc addi Lignum Guajaci et post ¼ horae Liquir. et Sassafr., denique refrigescere curari in vase clauso et colari, ut f. colat. Libr. tres. (V. etiam Decoctum diaphoreticum, Guajaci et Sassaparillae compositum, Decoctum Lignorum et Ptisana.)

DECOCTUM SUDORIFERUM LAXANS. — Fit addendo Speciebus praecedentibus, sec. Spielmannum, sub finem coctionis Fol. Sennae Unc. unam.

DECOCTUM SUDORIFICUM Ph. nosoc. civ. Argent. — Fit *Spec. sudorif.* Unc. semis cum Aquae Libr. *tribus* ad reman. Libr. duarum coquendo et colando. — DECOCTUM SUDORIFICUM CONCENTRATUM. — Pari modo paratur, nisi quod Unc. semis loco Unc. una Specier. sumitur. (V. etiam Decoctum Pollini.)

DECOCTUM SULPHURETI CALCIS Hoffmanni v. Aqua Calcis Antimonii cum Sulphure.

DECOCTUM Sydenhami v. Decoctum album, diaeteticum et Sassaparillae compositum.

DECOCTUM SYPHILITICUM Yvae Gaukes cet. v. Decoctum antipsoricum, antisyphiliticum et antivenereum.

DECOCTUM SYPHILITICUM ROBORANS Swediaur v. Decoctum Pollini emendatum.

*DECOCTUM TABACI seu Nicotianae. — Fit coquendo Hb. sicc. Nicotian. Drachm. duas ad quatuor cum Aquae Libra per aliquot temporis momenta, digerendo tunc per horam et colando.* — Wollkopfius ad usum internum Hb. Nicot. Drachm. tres et Rad. Rhei Drachm. duas, cum s. q. Aq. ad Unc. octo colat. coqui praescribit.

DECOCTUM TAMARINDORUM Ph. Batav.

Rec. Tamarind. Unc. duas. Coque in Aquae Libr. quatuor ad colaturam Libr. trium, quibus admisce Syr. Rubi id. Unc. unam semis. — Ph. Gallic. Tamarind. Unc. duas cum Aquae Libr. duabus per semiquadrantem horae coqui, *deinde sine expressione colari et colaturae addi praescribit Syr. Capill. Ven. Unc. unam.* — Richardi formula eadem est, nisi quod insuper Unc. unam Tamarindor. sumi praescribit et per quadrantem horae coqui. — Disp. Fuldense praescribit Pulpae Tamarind. Unc. duas cum Aquae Libr. quatuor ad quartae Partis consumtionem coqui et in colatura solvi Nitri dep. Drachm. tres, Roob Ribium vel alius Unc. unam semis. — Taddei Unc. duas Pulp. Tamarind. in Aquae Libr. duabus coqui proponit. — Ratier Tamarind. Unc. duas cum Aq. Libr. tribus per ⅓ horae coqui et colari praescribit. — Rennie Tamarind. Unc. duas vel tres cum Aquae Octario uno coqui proponit. — Ph. d'Anvers Tamarind. Unc. duas et Passul. min. Unc. quatuor cum Aquae Libr. duabus semis ad colaturam Libr. duarum coqui, — Ph. Helvet. Tamarind. et Passul. min. āā Unc. duas cum s. q. Aquae ad colat. Libr. duarum coqui, — Van Mons Tamarind. Unc. unam et Passul. min. Unc. duas cum s. q. Aquae aliquoties ebullire curari, tunc absque expressione colari praescribit.

DECOCTUM TAMARINDORUM COMPOSITUM Ph. Herbipolit.

Rec. Tamarind. Drachm. sex, Cremor. Tartar. Drachm. tres. M.; coque cum Aquae q. s.; colatur. calentis Librae uni adde Fol. Senn. el., Rad. Rhabarb. el. āā Drachm. unam semis. Stent per 4 horas, in colatura dissolve Mannae el. Drachm. decem; denuo coletur et addantur Elix. acidi Halleri Gutt. sex. — Swediaur Tamarind. et Passul. min. āā Unc. tres cum s. q. Aquae ebullire curari praescribit, ut f. colaturae Libr. tres, quibus addi jubet Tartari emet. Gran. semis, Syr. Moror. Unc. unam semis.

DECOCTUM TAMARINDORUM Heckeri. — Fit coquendo Tamarind. Unc. duas cum Aq. Unc. decem ad reman. Unc. sex, et solvendo in colat. Sal. mir. Glauberi Unc. semis et Mannae el. Unc. unam.

DECOCTUM TARAXACI seu Leontodontis Ph. d'Anvers. — Fit coquendo Rad. Unc. duas cum Aquae Libr. duabus ad Dimidii circiter remanentiam, et decanthando liquorem clarum. — Ph. Batav. Rad. Unc. unam semis cum Aquae Libr. tribus ad Libr. unius colat. coqui praescribit. — Ph. Dublin. Rad. recent. cum Herba Unc. quatuor cum Aquae Libr. duabus ad Dimidium coqui et colaturam expressam filtrari praescribit. — *Rennie Rad. cum Hb. rec. Unc. quatuor cum Aquae Libr. quatuor ad Libr. unius remanentiam coqui et cum expressione colari praescribit.*

DECOCTUM TARAXACI COMPOSITUM seu resolvens Ph. milit. Danicae.

Rec. Rad. Tarax. Unc. quatuor, Hb. Trifol. Unc. semis, Aquae Unc. quadraginta octo. Coque ad Dimidias et colaturae expressae adde Sal. Ammon. dep. Drachm. duas vel Sal. Sedlitz. Unc. unam, Naphth. Vitrioli Drachm. duas.

DECOCTUM TARAXACI COMPOSITUM Stollii sec. Ph. Batav. — Fit coquendo Rad. Tarax., Gramin. et Cichor. āā Unc. duas semis cum s. q. Aquae ad colaturam, cum expressione factam, Libr. unius et addendo Syr. quinque Rad. aperient. Unc. unam ad tres, Arcani dupl. Drachm. duas, Liq. anod. Hoffm. Gutt. viginti quinque. — Swediaur Hb. et Rad. Tarax. Libr. semis et Gramin. tantundem cum Aq. Libr. sex ad trium remanent. coqui et colat. addi praescribit Arcani dupl. Drachm. sex et Liq. anod. Hoffm. Gutt. viginti quinque.

DECOCTUM TARTARI CITRATUM Ph. Saxonic. — Fit coquendo Cremor. Tartari Part. unam cum Aquae comm. Part. viginti ad colat. clarae Part. quindecim, quibus admiscetur Succi Citri rec. expr. Pars dimidia.

DECOCTUM (Crystallorum seu Cremoris) TARTARI, Solutio Tartari depurati Ph. Hannov. — Fit solvendo Cremor. Tartari Drachm. tres in Aq. dest. fervid. Mensur. una et addendo Syr. Rubi idaei Unc. duas.

DECOCTUM TEMPERANS v. Decoctum refrigerans.

DECOCTUM (Apozema) TONICUM Bories.

Rec. Rad. Rub. tinct., Ononid. āā Unc. se-

mis, Hb. Marrub., Matricar., Artemis., Anthos āā Man. semis, Sem. Petrosel. Pug. unum, Croci, Cinnam. āā Scrup. unum, Aquae q. s., ut leviter coquendo Unc. octo colaturae obtineantur, quibus addantur Syr. Marrub. Unc. una, Tartari chalybeati Drachm. semis.

DECOCTUM TONICUM CICHORACEUM Ph. Lusit. edit. prist.

Rec. Rad. Cichor., Tarax. āā Drachm. tres. Coq. cum Aquae Sesquilibra ad Libr. unam, sub finem addens Hb. Centaur. min. Drachm. unam; in colatura refrigerata solve Arcani duplicati Unc. semis.

DECOCTUM TONICUM CHINATUM v. Decoctum Chinae.

DECOCTUM (Apozema) TONICUM ET LENIENS PIERQUIN.

Rec. Chinae opt. Unc. duas, Limatur. Ferri tenerrim. Unc. unam, Aq. font. Libr. tres. Coque lente ad Libr. duarum remanentiam, sub finem addens Cinnam. Drachm. duas; colaturae adde Aq. Absinth. comp. Libr. semis.

DECOCTUM TORMENTILLAE Ph. Batav. — Fit coquendo Rad. conc. Unc. semis cum Aquae Libr. una semis ad colat. Libr. unius. — GRAY Rad. Unc. unam cum Aquae Sesquioctario ad Octar. unum coqui praescribit.

DECOCTUM TRAUMATICUM Ph. Helv.

Rec., Hb. Agrimon., Bellid., Beton., Linguae cervin., Plantag. et Veron. āā Man. unum. Inc. mixt. coq. cum s. q. *Aquae ad colat. Libr. quatuor. (V. etiam Decoctum vulnerarium.)*

DECOCTUM TRIFOLII FIBRINI. — Fit Hb. Unc. unam cum Aquae Libr. duabus sufficienter coquendo et colando.

DECOCTUM (RADICIS) TRITICI REPENTIS v. Decoctum Graminis.

DECOCTUM TURPETHI. — Fit coquendo Radic. Drachm. unam ad duas cum s. q. Aquae ad colat. Libr. duarum.

DECOCTUM AD TUSSIM BATE.

Rec. Hb. Cynoglossi Man. quatuor, Hyssopi, Capill. Vener., Farfar. āā Man. unum, Sem. Anisi, Rad. Liquir. āā Drachm. sex. Coq. in Aq. hordeat. Libr. sex ad Libr. quatuor. Colat. adde Sacchari Candi q. s. (V. etiam Decoctum pectorale.)

DECOCTUM (CORTICIS) ULMI Ph. Dubl. et Londin. — Fit coquendo Cort. recent. cont. Unc. quatuor cum Aquae Octar. quatuor ad Octar. duos, et colando. — Ph. Edinb. Aquae Libr. quatuor praescribit et ad Libr. duas semis coqui, ceterum ut in praecedente. — TADDEI Unc. tres Corticis cum Aquae Libr. quatuor ad Dimidii remanent. coqui praescribit. — BATE Cort. Ulmi inter. rec. Unc. quatuor in Aquae Libr. tribus ad Dimidium coqui et colaturae addi praescribit Syr. Rubi idaei et Moror. āā Unc. unam semis.

DECOCTUM ULMI COMPOSITUM Ph. Lusit. edit. PINTO. — Fit coquendo Cort. Ulmi Unc. duas et Stip. Dulcamar. Unc. unam in Aquae Libr. tribus ad remanentiam Libr. duarum, sub finem addendo Rad. Liquir. Unc. semis et colando.

DECOCTUM (FOLIORUM) UVAE URSI Ph. Batav. — Fit coquendo Hb. Unc. semis cum Aquae Unc. decem ad colaturam Unc. octo. — TADDEI uti Decoctum Ulmi parari praescribit.

DECOCTUM UVAE URSI WENDTII sec. AUGUSTIN.

Rec. Hb. Uvae Ursi Unc. semis, Hb. Theae Drachm. unam, Gummi Senegal. Unc. unam, Aquae comm. Unc. sex. M., coque et colaturae adde Mellis puri Drachm. sex vel Syr. Alth. tantundem.

DECOCTUM IN LUE VENEREA ZWELFERI.

Rec. Ligni Guajaci Unc. sex, Cort. hujus Unc. quinque, Rad. Sassapar. Unc. duas, Mercur. vivi dep. et Antim. crudi, amborum separatim in petias ligator. āā Libr. unam, Aquae Mensur. duodecim. Coque in olla tecta ad Tertias, cola et repone in locum frigidum. Singulis horis matutinis dentur Unc. sex pro sudorifero. — Remanentia coquitur cum Aqua et Passulis, addito pauco Lign. Guajaci et in fine aliquid Coriandri. Sumatur pro potu ordinario.

DECOCTUM VERATRI v. Decoctum Hellebori albi.

DECOCTUM VERBASCI ANODYNUM seu compositum v. Fotus anodynus.

DECOCTUM VERMIFUGUM v. Decoctum amarum anthelminticum et Helminthochorti.

DECOCTUM (TISANA) de VIGAROUX. Vigaroux's Abkochung gegen Syphilis. *Decoction ou Tisane de VIGAROUX.*

Rec. Fol. Sennae Unc. unam semis, Rad. Sassaparill. Unc. tres (vel Caricis arenar. Unc. sex), Rasur. Ligni Guajaci in sacculum ligati, Ligni Sassafr., Rad. Chinae et Irid. flor., Antim. crudi in sacculum ligati, Sem. Anisi vulg., Crem. Tartari, Rad. Aristoloch. long. et rot., Rad. Jalappae et Polypod. vulg. āā Drachm. sex, Nuc. Jugl. una cum Putamin. cont. Nro. sex. Minutim conc. et cont. affunde Vini generosi albi Libr. duas, et digere per 24 horas, tunc adde Aq. font. Libr. sex et coque in vase bene tecto usque ad consumt. tertiae Partis; cola, serva in lagena et signa: Decoctum VIGAROUX. — Deinde coque residuum iterum cum Vini albi Libr. duabus et Aquae Libr. sex ad tertiae Partis consumtionem. Cola et signa liquorem: Bogetum VIGAROUX.

DECOCTUM seu TISANA DE VINACHE. *Hydrolé de Salsepareille et de Séné composé HENRY et GUIBOURT.*

Rec. Rad. Sassaparill., Chinae, Lign. Guajac. āā Unc. unam semis, Antimonii crudi in nodulum ligati Unc. duas, Aquae commun. Libr. octo. Macera per horas 12, tunc coque ad tertiae Partis remanent. et adde Lign. Sassafras, Fol. Senn. āā Unc. semis. Fiat Infusio per horam unam, cola et decantha.

DECOCTUM VIOLAE TRICOLORIS v. Decoctum Jaceae.

DECOCTUM VISCI ALBI sec. Ph. Batav. Fit coquendo Visci albi Unc. unam ad duas cum Aquae Octar. duobus ad remanent. Octar.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0272-2
DFG

unius, et colando. — TISSOT commiscuit Decoctum cum Valeriana. — TADDEI Visci albi Unc. tres cum Aquae Libr. quatuor sufficienter coqui proponit.

DECOCTUM VOMITIVUM PIERQUIN. — Fit coquendo Rad. vel Sem. Asari Unc. quatuor cum s. q. Aquae. — Praeceptum anceps.

DECOCTUM VULNERARIUM LEWIS.

Rec. Hb. Hederae terrestr., Plantagin. āā Unc. semis, Aquae Octar. tres. Coque ad colat. Octar. duos, in quibus solve Sacchari Unc. semis.

DECOCTUM VULNERARIUM Dispens. Viennens.

Rec. Hb. Sanicul., Alchemillae, Pulmon. arb., Consol. major., Perfoliat., Plantag., Hyperici cum Flor., Agrimon., Pimpin., Bugul., Urticae, Virgae aureae āā Unc. unam, Rad. Tormentill., Consol. maj., Rhapontici āā Libr. unam. Cont. misceantur et serventur Species usui.

DECOCTUM YVAE GAUKES v. Decoctum antipsoricum.

DECOCTUM ZITTMANNI. Zittmannſches Decoct. *Decoction de ZITTMANN*, sec. Taxam milit. Badens.

Rec. *Radicum Sassaparillae minutim conc. Unc. duodecim. Coque cum Aquae fontanae Libr. viginti quatuor per quadrantem horae, tunc adde Alumin. saccharini (p. 33.) Unc. unam semis, Calomel. Unc. semis, Cinnabaris Antimonii Drachm. unam, in nodulum ligatis, et sub finem coctionis admisce Folior. Sennae Unc. tres, Rad. Liquir. Unc. unam semis, Sem. Anisi vulg. Unc. semis. Colatura Libr. sedecim signetur: Decoctum forte. — Rec. Residuum Decocti fortis et Rad. Sassaparill. Unc. sex. Coque cum Aquae fontanae Libr. viginti quatuor, sub finem coctionis adde Cort. Citri, Cinnamomi, Cardam. minor. āā Drachm. tres, Rad. Liquir. Drachm. sex, ad colaturam Librarum sedecim. Signetur: Decoctum tenue.*

Variant praescriptiones in parando hoc Decocto. — Ph. Batav. formula eo praecipue a nostra discrepat, quod Librarum viginti quatuor loco Mensuras viginti quatuor Aquae praescribit et Sassaparillam primum ante coctionem per 24 horas digeri jubet; praeter memoratas substantias sub finem coctionis etiam Sem. Foenic. Unc. semis addi proponit, et ad Decoctum fortius Mensuras octo colaturae parari. — Ad Decoctum mitius pariter Mensuras viginti quatuor Aquae praescribit, sed Rad. Liquir. tantummodo Drachm. tres, ceterum ut nos. — Ph. Borussicae formula cum hac congruit. Praescribit autem magis definite Aquae Libr. septuaginta duas sumi et ad Librarum viginti quatuor in utroque decocto coqui; Cinnabaris Antimonii loco rectius Cinnabarem praeparatam sumi jubet.

Alias formulas, praecipue pristinas, obsoletas, saepius inconcinne complicatas ad paranda Decocta, quae nunquam hodie in usum revocantur, praeteremus. Invenies etiam *permultas* in operibus p. 99. in Aquis destillatis *vetustioribus* allegatis. — Melius semper est medicum formulas ad paranda Decocta et Decocto-Infusa ipsum praescribere. (V. etiam Aquae nonnullae, Collutorium, Enema, Fomentum, Gargarisma, Gelatina, Infuso-Decoctum, Injectio, Lotio, Mixtura, Mucilago, Potio seu Potus, Ptisana, Tinctura et Vinum.)

DECOCTURA idem quod Decoctum.

† DELPHININUM, Delphininium, Delphium seu Delphia. Delphinin. *Delphine* ou *Delphinine.* — Obtinetur tractando Semina Staphidis agriae Spiritu Vini rectificatissimo, donec exhausta sint, abstrahendo spiritum ex solutione, et extractum residuum siccum iterate coquendo cum Spiritu Vitrioli, multa Aqua diluto, quamdiu coloratur; praecipitando liquorem Spiritu Salis Ammoniaci caustico vel Liquore Cinerum clavell. depur., solvendo Delphininium impurum in Alcohole Vini ebulliente, tractando solutionem carbone animali depurato, filtrando et evaporando. — Si purissimum desiderabis, Delphininium ita obtentum denuo in Spiritu Vitrioli, Aqua diluto, solvendum et solutioni filtratae guttatim admiscendum Acidum Nitri, *quamdiu materia fusca resinosa praecipitatur, vas tunc per 24 horas reponendum*, liquor clarus decanthandus et Liquore Cinerum clavell. dep., valde diluto, praecipitandus, praecipitatum Aqua lavandum, in Alcohole Vini solvendum, ex solutione clara Spiritus abstrahendus, materia residua subflavescens, quasi resinosa, Aqua fervida lavanda; denique Naphtha Vitrioli tractanda, quae Delphininium purum solvit, quod ex solutione limpida evaporatione obtinetur. — Massam exhibet subflavescentem, triturando pulverem album praebentem, inodoram, sapore acerrimo urente gutturali; calore 96° R. liquefit, et calore auctiore destruitur; in aqua fere insolubile, facile autem solutu in spiritu vini uti et in aethere, solutiones alcalium modo reagunt; cum acidis salia format acerrima, facultate crystallisandi non praedita, aëre deliquescentia, ex solutione aquosa alcalia anorganica Delphininium praecipitant. — *Part. const.:* Carboneum, Hydrogenium, Oxygenium et Azotum, Pondera nondum satis definita. — *Vis:* Seminis (I. 331.) in statu concentratissimo! — Hucusque non pro medicamento adhibitum, *nihilo* tamen secius medicorum attentione dignum, summa autem cum circumspectione adhibendum.

DENTES APRI PRAEPARATI Ph. Wirtemb. Präparirte Schweinszähne. *Dents de Sanglier preparés.* — Parantur terendo Dentes in pollinem subtilissimum.

DENTIFRICIUM SICCUM seu Pulvis Sanguinis Draconis dentifricus Ph. Hispan. Zahnpulver mit Drachenblut. *Dentrifice sec.*

Rec. Cremor. Tartari, Sanguinis Draconis, Cornu Cervi usti albi ppt. āā Unc. semis, Caryophyllor. arom. Drachm. unam, Coccionellae

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0273-8
DFG

Scrup. unum. M., f. Pulvis subtilissimus. (V. etiam Pulvis.)

DEPILATORIUM de Colley. (Colley's Depilatory.) Sec. Rennie ex Hepate Sulphuris kalino et Calce constat. (V. etiam Rusma.)

DEUTO-ACETAS CUPRI, FERRI, MERCURII cet. v. nomina antiqua vel nomina Basium.

DEUTO-CARBONAS-, CHLORAS-, CHLORURETUM-, IODAS-, IODURETUM-, MURIAS-, NITRAS-, PHOSPHAS-, SULPHAS-, SULPHURETUM-, TARTRAS cet. v. pariter quaeque nomina antiqua vel Basium, vel Liquor, Solutio cet.

DEUTOXYCYANURETUM FERRI HYDRATUM = Coeruleum Berolinense.

DEUTOXYDUM ANTIMONII cet. v. quaeque nomina Basium vel nomina antiqua.

DEUTOXYSULPHURETUM POTASSII, SODII cet. v. Hepar Sulphuris.

DEXTRINUM. Dextrin. *Dextrine.* — Hoc nomine Amylum (I. 6.) quodammodo modificatum intelligitur, calefaciendo per breve tempus cum Aqua et pauxillo Acidi sulphurici ad 68° R. usque, praecipitando solutionem filtratam Spiritus Vini rectificatissimi ope et lavando praecipitatum Spiritu Vini, — vel tractando Amylum cum sedecima, usque ad decimam Partem Malti Hordei crassius moliti et in magna Aquae tepidae quantitate extenuati, calefaciendo miscellam per semihoram ad 56° R., denique ad 80° R. usque, decanthando, filtrando et evaporando liquorem clarum ad syrupi consistentiam, et siccando residuum lenissimo calore, obtentum. — Pulverem exhibet album impalpabilem, insipidum, vel massam magis cohaerentem; facilior est solutu in aqua tepida quam Amylum; solutio momento circularis polarisationis planitiem radiorum lucis summopere dextrorsum vertit, solutio concentrata inter refrigerationem gelatinam format, cum iodo colorem rubrum vel coeruleum assumit; ceterum, quoad proprietates, cum Amylo congruit. — Ad parandum Syrupum, Spiritum, cet. inservit. Gummi quoque loco tanquam medicamentum, ut pectorale cet., proponitur, et ad usum diaeteticum, parandos varios cibos, Amylo est praeferendum, quia purius.

DIACARION v. Roob Nucum.

DIACASSIA CUM MANNA v. Electuarium.

DIACELTATESSON Paracelsi v. Pulvis cornachinus.

DIACLYSMA ODONTALGICUM v. Tinctura.

DIACHYLON v. Emplastrum.

DIACODIUM v. Syrupus.

DIACODIUM seu DIACODION IN SOLIDO USITATUM Ph. August.

Rec. Sem. Papav. albi Unc. semis, Aq. Farfar. et Rosar. $\overline{aa}$ Unc. unam semis. Fiat Emuls., in qua solve Sacch. albiss. Unc. quatuor. Fiat Confectio in Rotulis. (Alia praecepta similia praetereamus.)

DIACRYDIUM seu Diagrydium CYDONIATUM. Mit Quittenſaft bereitetes Scammonium. *Diagrede cydonié.* — Uti Diacrydium glycyrrhizatum (v. sequens) paratur, Decocti Liquiritiae loco Succum Cydoniorum sumendo.

DIACRYDIUM GLYCYRRHIZATUM seu Liquiritia edulcoratum Ph. Wirtemb. Mit Süßholz bereitetes Scammonium. *Diagrede glycyrrhisé.* — Solvitur Libra dimidia Scammonii Aleppensis in mortario, sub perpetua agitatione, in Decocto Liquiritiae fervente, ex Unciis duabus Liquiritiae, in Aquae fontanae Libr. tribus, ad consumtionem Libr. dimidiae coctis, parato, solutio lactea a faecibus nigricantibus, per inclinationem mortarii, separatur atque lenissimo igne, vel in balneo, ad extracti consistentiam, evaporatur, residuum, leni calore exsiccatum, in pulverem teritur. — Si Decocti Liquiritiae loco Infusum Rosarum sumitur, DIACRYDIUM ROSATUM, mit Roſen bereitetes Scammonium, *Diagrede rosé,* quod vocant, paratur.

## DIACRYDIUM (Diagrydion) seu SCAMMONIUM PRAEPARATUM.

Präparirtes Scammonium. *Scammonée preparée.* — Fit terendo Scammonii Haleppensis Frustula leni calore siccata, adjectis aliquot Amygdalis excorticatis, pulveris diffugium arcentibus, in pollinem subtilissimum.

DYACRYDIUM SULPHURATUM Ph. Wirtemb. Mit Schwefel bereitetes Scammonium. *Diagrede sulphuré.*

Rec. Scammonii electi Unc. tres. In pulverem teratur, et supra chartam albam, acu perforatam, tenuiter atque aequaliter expandatur, et supra cratem, cui carbo vivus sit subditus, in quem Sulphuris Uncia successive injiciatur, suffumigetur, et ne liquescat neque chartae adhaereat neque comburatur, spatula ferrea diligenter moveatur.

DYACYDONIUM AROMATICUM seu cum Speciebus Mesue, sec. Spielmannum.

Rec. *Succi Cydonior.* Unc. centum quadraginta quatuor, Sacchari albi Unc. duas et septuaginta. Coquantur ad consistentiam Syrupi tenuioris, cui clarificato et adhuc tepenti adjiciantur Pulverum Nuc. Moschat., Cinnamomi $\overline{aa}$ Unc. quatuor, Caryophyll., R. Zingiber., Galangae $\overline{aa}$ Unc. duae, Nardi Celtic., Pip. nigri, Macid., R. Zedoar., Cubebar., Cardamomi min. $\overline{aa}$ Unc. una. Probe misceantur.

DIACYDONIUM JALAPPINUM Spielmann.

Rec. Diacydonii simplicis Unc. duas et triginta, Resin. Jalappae, Nucleis Pineis tritae, Unc. duas. Diu inter se agitentur, ut aequaliter Resina per omne volumen Diacydonii dispergatur.

DIACYDONIUM LUCIDUM JALAPPINUM seu solutivum pellucidum Spielmann.

Rec. Diacydonii simplicis ad consistentiam cocti et adhuc tepentis Unc. quatuor et sexaginta. Commisceantur cum Resinae Jalappae in Spiritus Vini rectificati Unc. duodecim solutae

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0274-4
DFG

Unc. quatuor; effundantur in modulos et refrigeratum committatur scatulis. — Dispens. Brunsvic. Gelat. cydoniat. Libr. duas semis cum Resin. Jalappae Unc. quatuor in Spir. Vini rectificatissimi Unc. sedecim solutis misceri praescribit.

DIACYDONIUM SIMPLEX GALENI seu Gelatina Cydoniorum SPIELM.

Rec. Cydoniorum, unde lintei ope omne tomentum ablatum fuit, Unc. centum viginti et octo. Scindantur in taleolas et omnia Semina inde auferantur; coquantur ex Aqua, dum emollita fuerint, committantur cum Aqua sacco et valde exprimantur; in liquore expresso dissolvantur Sacchari Unc. sex et nonaginta. Clarificentur aliquot Albuminibus Ovorum; liquor clarificatus leni calore evaporetur, dum aliquot ejus Guttae disco frigido instillatae in modum Gelatinae consistant, tunc committatur ollis, non nisi Gelatina refrigerata operiendis. (V. etiam Conserva, Miva et Panis.)

DIAGRYDIUM v. Diacrydium.

DIAMORON CUM MELLE v. Syrupus Rubi fruticosi.

DIANUCUM Ph. August. — Fit Succi Cort. Nuc. Jugl. virid. rec. cum dimidia Mellis Parte ad justam consistentiam coquendo.

DIAPHORETICUM JOVIALE est Antihecticum *POTERII (p. 36.).*

DIAPHORETICUM MARTIALE est Antimonium diaphoreticum et Bezoardicum martiale (p. 31 et 129.).

DIASATYRIUM v. Electuarium.

DIASCORDIUM v. Electuarium et Tinctura.

DIATESSARON v. Electuarium.

DIASTASIS. Diaſtaſe. *Diastase.* — Hoc nomine Substantia quaedam intelligitur novissimis temporibus prope germen Cerealium detecta; quae macerando Hordeum germinatum Aqua frigida, exprimendo et calefaciendo liquorem filtratum ad 56° R. usque, iterum filtrando et praecipitando Diastasin Alcoholis Vini ope obtinetur. — Pulvis albus et insipidus, Dextrino similis, praecipue facultate Amylum in Dextrinum immutandi insignis. — Qua de causa eo adhiberi potest. (V. Dextrinum.)

DIGESTIVUM ACRE PLENCKII. — Miscella est Unguenti digestivi Unc. unius et Pulveris caustici Drachmae unius.

DIGESTIVUM LIQUEFACTUM PLENCKII.

Rec. Terebinth. clarae Unc. duas, Vitelli Ovor. Unc. unam. Subactis admisce Mellis communis Unc. duas, Spirit. Vini Unc. sex, Aq. font. Unc. quatuor. Calefactum et probe mistum injiciatur. (V. etiam Balsamum Arcaei liquefactum p. 110.).

DIGESTIVUM SICCUM PLENCKII = Colophonium pulveratum.

†DIGITALINUM. Fingerhutbitter. *Digitaline.* — Simili forsitan modo atque Cornium (p. 205.) tractando Herbam Digitalis obtinetur. — Principium medicatum Digitalis hucusque in statu purissimo nondum recognitum, quod magis investigetur meretur et medicorum attentione summopere dignum est.

DRACO MITIGATUS = Calomel (p. 146.).

DRAGEAE KEYSERI et VERMIFUGAE v. Pilulae et Trochisci. — De reliquis v. Tragea.

DRAUGHT COMMON BLACK v. Potio purgans.

DRINK, YOUNG's PURGING v. Aqua laxans (p. 73.).

DROGUE AMÈRE Ph. anticholer.

Rec. Aloës Succotr. Libr. unam, Gumm. Myrrh., Mastich., Benzoës, Rad. Columb., Croci Anglic., Rad. Gentian. āā Unc. quatuor, Spir. Vini Libr. triginta sex, Spir. Juniper. Libr. duodecim. Macera per 40 dies et filtra.— Angli hoc nomine Tincturam intelligunt ex Justicia paniculata aliisque ingredientibus amaris cum Spiritu Vini paratam.

DROPS v. Guttae.

DROPAX ANTIPARALYTICUM v. Emplastrum piperitum.

DROPAX SIMPLEX. — Fit liquando Picis navalis cum quarta circiter Parte Olei cujusdam pingui leni calore et extendendo supra linteum. Applicatur adhuc calescens. (Alias pristinas formulas praetereamus.)

EAU D'ANGE DISTILLÉE GRAY. — Fit *destillando l. a. Benzoës Unc. duas, Storacis* Unc. unam, Cinnamomi Drachm. unam, Caryophyllorum Drachm. duas, Rad. Calami Frustum et Sem. Coriandr. integri paullulum cum Aquae Octariis duobus. — EAU D'ANGE DISTILLÉE ET MUSQUÉE GRAY similis est compositio, addita Moschi Folliculi Drachm. una. (V. etiam Aqua Angelica p. 43.)

EAU DE BOUQUET, DE HUSSON, JAVELLE, DE LUCE, DE MILLE FLEURS, SANS PAREILLE cet. v. quaeque Aquae.

EAU DE CREOLE. — Fit destillando Spiritum Vini supra Flores Mammeae Americanae.

EAU DE MARECHAL. — Miscella est ex Moschi Granis viginti, Ol. Bergamottae, Lavend., Caryophyllor. āā Unc. una, Essent. Ambrae gris. Unc. duabus, Ol. Sassafras Guttis quindecim, Ol. Origani Guttis viginti et Spiritus Vini rectif. Octariis quatuor. — GRAY praeterea Ess. Violar. Unc. unam, Bergamottae, Caryophyll. āā Drachm. duas et Aquae Naphae Unc. octo, absque Moscho, addi praescribit. Praecepta inconcinna et dubia.

EBUR USTUM ALBUM seu Spodium et NIGRUM PRAEPARATUM. — Pari modo atque Cornu Cervi praeparatum parantur, quocum uti et cum Carbone Ossium omnino congruunt.

ECLEGMA v. Linctus et Looch.

**ELAEOSACCHARA** seu Oleosacchara. Oelzucker. *Oleo-Saccharums* ou *Sucres huilés.* — Parantur plerumque triturando Saccharum albissimum cum Quantitate definita Olei cujusdam aetherei, donec intime mixta sint, et pul-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0275-9
DFG

verem subtilem aequabilem exhibeant. — Huiusmodi Elaeosacchara semper, si praescribuntur, ex tempore sunt paranda, quia tempore facile corrumpuntur. — Sic conficitur

ELAEOSACCHARUM ABSINTHII, Wermuth-Oelzucker, *Oleosaccharum d'Absinthe*, — terendo Sacchari Unc. unam cum Ol. Absinthii aetherei Guttis sedecim. — Eadem ratione paratur

ELAEOSACCHARUM ANISI. Anis-Oelzucker. *Oleosaccharum d'Anis.* — Ph. Argent., Disp. Brunsvic., Ph. Palat. et Wirtemb. formulae cum hac congruunt. — Ph. Borussic., Danica ed. prior., Hannov., Oldenb., Polonica et Slesvico-Holsat. ad Unc. unam Sacchari viginti quatuor Guttas Olei praescribunt. et rationem hanc in omnibus reliquis Elaeosaccharis observant. — Ph. Augustana, Austriaca, Helvet., Disp. Ratisb. cet. Grana viginti Olei sumi jubent et sic in ceteris. — Ph. Danica nova et Gallica octo tantummodo Guttas Olei ad Unc. unam Sacchari praescribunt, et sic in omnibus reliquis. — Ph. Bavarica ad unam Olei Partem undeviginti Sacchari Partes sumi jubet et sic in reliquis quoque Elaeosaccharis. — Ph. Suecica ad unam Sacchari Unc. quindecim Ol. aeth. Guttas praescribit; — Spielmannus decem Guttas.

ELAEOSACCHARUM AURANTIORUM. Pomeranzen-Oelzucker. *Oleosaccharum d'Orange.* — Paratur etiam, desiderante medico, ut Elaeosaccharum Citri, deterendo epidermidem Aurantiorum cum Saccharo (v. infra.).

ELAEOSACCHARUM CAJEPUTI — pariter atque Elaeosaccharum Anisi paratur. — Uti et

ELAEOSACCHARUM CALAMI, Kalmus-Oelzucker, *Oleosaccharum de Calamus aromatique.*

ELAEOSACCHARUM CARDIACUM Ph. Helvet. — Fit miscendo Sacch. alb. Candi Unc. unam cum Ol. Cinnamomi Guttis viginti et Conf. Alkermes compl. Drachm. una.

ELAEOSACCHARUM CARVI, Kümmel-Oelzucker, *Oleosaccharum de Carvi.* — Uti Elaeosaccharum Anisi paratur.

ELAEOSACCHARUM CARYOPHYLLORUM. Nelken-Oelzucker. *Oleosaccharum de Girofles.* — Paratur terendo Olei Caryophyllorum Guttas octo cum Sacchari Unc. una. — Ph. Hass. El. duodecim Guttas Ol. ad Unc. unam Sacchari praescribit. — Ph. Austriaca, Borussica et reliquae uti Elaeosaccharum Anisi parari jubent.

ELAEOSACCHARUM CEPHALICUM Ph. Helvet. — Fit miscendo Sacchari Candi albi Unc. unam cum Ambrae gris Scrup. uno, Moschi opt. Scrup. semis, Ol. Caryophyll. et Cinnamomi āā Guttis decem.

ELAEOSACCHARUM CHAMOMILLAE. Kamillen-Oelzucker. *Oleosaccharum de Chamomilles.* — Uti Elaeosaccharum Anisi paratur.

ELAEOSACCHARUM CINNAMOMI. Zimmt-Oelzucker. *Oleosaccharum de Cannelle.* — Ex Oleo Cinnamomi Ceylanici et Saccharo uti Elaeosaccharum Caryophyllorum paratur. — Ph. Hass. El. pariter atque Elaeosaccharum Caryophyllorum sec. suam formulam et quidem et ELAEOSACCHAR. CINNAMOMI INDICI (Cassiae cinnamomeae) et CEYLANICI (acuti) parari praescribit. — Ph. Austr. Grana viginti quatuor Ol. Cinnamomi Indici, — Ph. Boruss., Oldenburg. et Slesvico-Holsat. totidem Guttas praescribunt. — Ph. Hannov. pariter, sed Ol. Cinnam. Ceylanici sumi jubet. — Ph. Argentorat. duas tantummodo Olei Guttas ad Unc. unam Sacchari praescribit. — Reliquae Pharmacopoeae, uti Elaeosaccharum Anisi parari suadent. (V. etiam Pulvis cordialis.)

## ELAEOSACCHARUM CITRI. Citronen-Zucker. *Sucre d'Ecorce de Citron.*

*Synon.:* Elaeosaccharum Corticum seu Flavedinis Citri recentium. Citronenſchalen-Zucker.

Rec. Citrea grandia, turgida, odoratissima, quantum vis.

Atterantur Sacchari frustis, cultri ope saepius partes Sacchari imbutas abradendo, donec tota epidermis cum particulis oleosis defricata sit, ita ut ex quolibet Citreo tres Elaeosacchari Unciae obtineantur; denique omnia in pulverem aequabilem terendo redigenda et Elaeosaccharum rite paratum in vasis bene clausis asservandum. — Pulvis flavescens, humidiusculus, odore gratissimo citreo, uti et sapore, simul dulci. — *Vis:* Corticis.

Elaeosaccharum parum aromaticum vel odore et sapore ingrato alieno rejiciatur.

*Usus:* In pulvere et solutione; ad parandam Limonadam cet. inservit.

Plures Pharmacop., ut Austriaca,

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0276-5 DFG